Ph. Delicatum te hodie faciam cum catello ut accubes*,
Ferreo ego dico. *Cap.* at ego vos ambo in robusto carcere
Ut pereatis. *Th.* collum obstringe, abduce istum in malam crucem. 15

Ph. Quid? quid est? ipse ibit potius. *Cap.* proh deûm atque hominum fidem?
Hoccine pacto indemnatum atque intestatum* me arripi?
Obsecro, Planesium, & te Phædrome, auxilium ut feras.

Pl. Frater, obsecro te, noli hunc condemnatum* perdere.
Bene & pudice me domi habuit. *Th.* haud voluntate id sua: 20
Æsculapio huic habeto, quom pudica es, gratiam.
Nam si is valuisset, jampridem, quoquo posset, mitteret.

Ph. Animum advortite, si potissum hoc inter vos componere.

Che nulla si facea, mossi doglianze
Contro di lui. Chiamommi egli in giudizio.
Io temea, per dir ver, che non facesse
Cession quest' oggi avanti del Pretore.
Ma i buoni Amici ve l' hanno obbligato,
Ed ei rende il danaro. Or egli è forza
Ch' io me ne torni. Ter. *Eh Galantuomo, ascolta:*
Ho bisogno di te. Fedr. *Io pure.* Cap. *Ed io*
Nulla di voi. Ter. *Là, vomita il danaro,*
Nè perder tempo: presto. Cap. *E che ho che fare*
Io con voi, o che avete voi con me?

Ter. *Io ti farò volar, siccome un dardo*
Di Catapulta, e torcerotti a guisa
Del nervo, ov' è la Catapulta inchiusa.

Fedr. *No che sei delicato: io voglio farti*
Ben giacer con un cane. Ma intendiamoci
Con un cane di ferro. Cap. *Ed io vo' farvi*
Tuttaddue, miei Padroni, in domo Petri
Morir ben tosto. Ter. *Stringetegli il collo,*
E mettetelo in croce quel birbante.

Fedr. *Che fate? Egli v' andrà da se. Che fate?*

Cap. *Uomini, e Dei vi chiamo in testimonio.*
A questa guisa strascinato io sono
Senz' esser condannato, nè convinto?
Planesio per pietà, Fedromo ajuto.

Pl. *No, non vogliate, Fratello, io vi prego,*
Prima che si condanni, a morte trarlo.
Ei m' ha sempre educata in casa sua
Con massime pudiche, ed onorate.

Ter. *Ma 'l fece a malincorpo, e se sei casta*
Ringraziane Esculapio. Forse, forse
Da lungo tempo, se ben si sentiva...

Fedr. *Orsù badate. Vediam, s' io riesco*
A compor quest' affare. Via lasciatelo:

Mitte istunc. accede huc, Leno. dicam meam sententiam:

Siquidem voltis, quod decrêro, facere. *Cap.* tibi permittimus: 25

Dum quidem, hercle, ita judices, ne quisquam a me argentum auferat.

Th. Quodne promîsti? *Cap.* quî promisi? *Ph.* lingua. *Cap.* eadem nunc nego.

Dicendi*, non ré perdendi gratia, hæc nata est mihi.

Th. Nihil agit: collum obstringe homini. *Cap.* jam jam faciam ut jusseris.

Th. Quando vir bonus es, responde, quod rogo. *Cap.* roga quod lubet. 30

Th. Promîstin', si liberali quisquam hanc assereret manu,

Te omne argentum redditurum? *Cap.* non commemini dicere.

Th. Quid? negas? *Cap.* nego hercle vero. quo præsente? quo in loco?

Th. Me ipso præsente, & Lycone trapezita. *Cap.* nõ taces?

Th. Non taceo. *Cap.* non ego te floccifacio, ne me territes. 35

Th. Meipso præsente, & Lycone, factum est. *Ph.* satis credo tibi.

Nunc adeo, ut tu scire possis, Leno, meam sententiam:

Libera hæc est, hic hujus frater est, hæc autem illius soror.

Hæc mihi nubet: tu huic argentum redde. hoc judicium meum est.

Th. Tu autem in nervo* jam jacebis, nisi mihi argentum redditur. 40

Cap. Hercle, istâ rem judicasti perfidiose, Phædrome.

Et tibi oberit: & te, miles, dî deæque perduint.

Tu me sequere. *Th.* quo sequar ego te? *Cap.* ad trapezitam meum,

E tu vien quà, Ruffiano. Io son per dirvi
Il mio parer, quando a voi piaccia udirmi,
E stare al mio decreto. Cap. *Fate pure,*
V'acconsentiam, purchè non sia decreto,
Che m' obblighi a pagar. Ter. *Che hai tu promesso?*

Cap. *Come ho promesso?* Fedr. *Colla lingua.* Cap. *Ebbene*
Colla lingua or lo nego. Oh l'è marchiana:
La tengo in bocca sol, perchè ragioni,
Non perchè mi rovini. Ter. *Il tempo passa:*
Strangolatelo omai: non c'è profitto.

Cap. *Aspettate, aspettate: io farò quanto*
Voi m' imponete. Ter. *S' hai punto d' onore*
Rispondi alle mie inchieste. Cap. *Ebben chiedete.*

Ter. *Hai tu promesso, che se alcun mostrava,*
Che costei fosse libera, tu avresti
Reso tutto il danaro? Cap. *Oh! quanto a questo*
Non mi ricordo. Ter. *E che? Forse lo nieghi?*

Cap. *Senz' altro il nego. Chi v' era presente?*
Dove fu ciò? Ter. *V' era presente io stesso,*
E Licone il Banchier. Cap. *Diamin! Tacete.*

Ter. *Tacer non voglio.* Cap. *No? V' ho già stoppato.*
Deh non vi fate burbero, sapete?

Ter. *Sibben v' era io, v' era Licon presente.*

Fedr. *Io vi credo abbastanza: or sappi dunque,*
Ruffiano, il mio parer. Libera è questa,
Questi è Fratel di lei, ch' è quanto a dire,
Ch' ella è di lui Sorella. Or passa a farsi
Mia sposa. Tu dei rendergli il danaro.
Tale è il giudizio mio. Ter. *Se non t' accheti*
Andrai tra' ceppi. Cap. *Eh! c' è perfidia in questo*
Vostro giudizio. Io vi farò mangiare
Del pan pentito, o Fedromo, e per voi
Signor Soldato, scenderan dal Cielo
Le vendette. Seguitemi. Ter. *Per dove?*

Ad Prætorem. nam inde rem ſolvo omnibus, quibus debeo.

Th. Ego te in nervom, haud ad Prætorem hinc rapiam, ni argentum refers. 45

Cap. Ego te vehementer perire cupio, ne tu me neſcias.

Th. Itane vero? *Cap.* ita hercle vero. *Th.* novi ego hos pugnos meos.

Cap. Quid tum? *Th.* quid tum? rogitas? hiſce ego, ſi tu me irritaveris,

Placidum ted hodie reddam. *Cap.* age, ergo, recipe actutum. *Th.* licet.

Ph. Tu, miles, apud me cœnabis. hodie fient nuptiæ. 50

Th. Quæ res bene vortat mihi & vobis. ſpectatores, plaudite.

44. *Rem ſolvo omnibus*. Douza corrigit: *reſolvo omnibus*.
49. *Licet*. Illud *licet* verbum eſt accipientis pecuniam præſentem, quā paullo ante a Lycone extortam ſecum portabat leno.

FINIS CURCULIONIS.

Cap. *A casa il mio Banchier, ch' è poi tutt' uno,*
Che 'l Pretor: sempre io pago i Creditori
In questa guisa. Ter. *Tra' ceppi, tra' ceppi*
Ti voglio strascinar, non dal Pretore,
Quando non paghi. Cap. *Io mi struggo di voglia,*
Nè ve ne so mistero, che crepiate.

Ter. *Sì eh?* Cap. *Sì certo.* Ter. *Io so però qual forza*
Han questi pugni. Cap. *E ben?* Ter. *E ben mi chiedi?*
Con questi pugni, se non la finisci,
T' ammanserò, come un agnel, quest' oggi.

Cap. *Via, prendete.* Ter. *Oh così.* Fedr. *Signor Cognato,*
Voi verrete a cenare in casa mia:
Io farò 'l becco all' oca. Ter. *Così sia*
Con godimento mio, con vostra pace,
O Spettatori, i quai però dovete
A una voce gridar: Viva gli Sposi.

FINE DEL CURCULIONE.

ANNOTATIONES
IN CURCULIONEM.

Act. 1. sc. 1. vers. 16. *Salve: valuistin' usque &c.* Erat hæc consuetudo interrogandi eos, quos ex intervallo videbant: non ut ita simpliciter dicerent, *valuistine?* sed hoc modo: *valuistin' usque?* aut *perpetuone valuisti?* Haud aliter de ædibus, villis, similibusque aliis, quam de hominibus quærere veteres solebant. Plinius lib. 1. Epist. *Quid agit Comum, quid arbor, quid porticus &c.*

Vers. 47. *Facere nolo mutuum*. Non putem reseribi debere, *Ego autem cum illo facere nolo mutuum*; ut de lenone intelligatur: quod nonnulli placebat. Cum diceret se ab ea muliere perdite amari, addit tamen eum illa se facere nolle mutuum. Quod mirandum videretur, cum certum esset mutuo amore sese invicem deperire; sed captavit jocum comicis familiarem, & dixit, eum ab illa iusane amaretur, se tamen nolle facere eum ea mutuum. Alter mirabundus quærit quid ita? *quia*, inquit, *proprium facio*, *amo pariter simul*. Allusit ad differentiam, quæ est inter mutuum & proprium. Quæ propria habemus ea servamus, ne a nobis auferantur. Quæ vero mutua accepimus, a nobis aliquando recedunt, cum repetit a nobis is qui dedit. Ut ostenderet igitur amoris sui magnitudinem, qui sibi extorqueri & eripi nunquam posset, proprium in amore cum ea quæ illam amabat se facere respondet non mutuum, cum sese ambo ita efflictim amarent, ut amor ille utriusque esset proprius, id est, nunquam auferendus, ut ea quæ mutuo dantur & accipiuntur. *Salm.*

Sc. 2. vers. 7. *Tu bdellium*. *Bdellion* diminutivæ formæ est; nam principale est *bdella*. Ita vocat auctor Peripli aliquot locis. *Marcello Empirico*, bedella.
--- *Crocon atque bedellam*.
Apud Plautum in antiquis libris *bedellium* scribitur pro *bdellium*, quod aliud non potest significare præter aromaticum gummi. Ita Salmasius.

Vers. 20. *Imperator quis est?* Idem est, ac satis pro imperio, quisquis es. *Es* autem potius, quam *est*, hic legendum cum Mss. Appellata enim anus appellanti respondet.

Vers. 28. *Salve oculissime homo*. Oculorum sensus nobis omnium est carissimus; ideo oculorum in exprimenda vi amoris crebra fit mentio. Plautus quidem *oculitus amare*, pro eo, quod est, singulariter amare; & *oculissimum hominem*, pro *carissimo* dixit.

Vers. 41. *Bibit arcus*. Credidit vetustas, iridem demissis in terram cornibus aquam e fontibus haurire. Virg. . . . *& bibit ingens arcus*.

Sc. 3. vers. 5. *Convadatus*. Qui quasi vadibus a me acceptis me in jus vocas. Active etiam *vadato* dixit Horat. 1. Sat. 9. Noster, *vadatum amore*, passive.

Vers. 6. *Libello*. Quia etiam edicto publice adfixo latitantes citabantur.

Vers. 25. *Tu Venerin' pervigilare te vovisti*. Allusum ad *Pervigilia Cereris*, *Veneris*, & sacra nocturna. Martial. l. 9. 70.
Nam vigilare leve est, pervigilare grave est.

Vers. 34. *Propudium*. Non dubium, quæ Græcis *catarmata*, ea Latinis *propudia* dicta. Inde homines sceleratos, ut Græci *catarmata*, Romani eosdem *propudia* vocarunt.

Vers. 35. *Cum noctuinis oculis*. Glaucos oculos Romani non perinde

amabant: nigros autem magni faciebant. Itaque ad ludibrium, cujus erant oculi glauci, ea noctuinos oculos habere hic dicitur: de avis inauspicatæ, cujus tales oculi sunt, nomine petita illusione.

Vers. 40. *Venus noctuvigila!* Valde proprium epiteton Veneris videtur *noctuvigila*. Amat enim hæc imprimis Dea crebra pervigilia: & otiosos dies, negotiosas noctes sacris suis agundis habet. Quare ab eadem ratione dicitur *noctiluca*.

Vers. 46. *Cedo mihi contra aurichalco*. Non ex hoc loco colligi potest, aurichalcum antiquis auro carius fuisse. Si enim prius de auro præcedit, non sequitur, ut quod reponit servus de aurichalco, carius esse debeat. Sed comico joco lusit. De auro dixerat herus ejus, reposuit ille de aurichalco, in quo etiam aurum est saltem de nomine. Fuit certe eo tempore æris genus præstantissimi. Horatius: *Tibia non ut nunc orichalco vincta*. Nam aurichalcum idem cum orichalco. Sic enim scribebant, ut *plostrum* & *plaustrum*, *Plotus* & *Plautus*, & similia. Multi crediderunt aurichalcum esse æs & aurum mixtum, propter illam auri in aurichalco denominationem: sed falsi sunt. Inde opt. Glossæ, *aurochalca* interpretantur, id est, ex auro & ære temperata. Verum nomen est hujus vocis *orichalcum*, quasi æs montanum, sive ex lapide ærosо excoctum, quod fuit genus æris præstantissimum. At pro *orichalcum* veteres Romani scripsere *aurichalcum*, cum tamen nihil auri admixtum haberet. *Salmasius*.

Act. 2. sc. 3. vers. 6. *Nec agoranomus*. Ædilis rerum venalium, præfectus foro rerum venalium, & annonæ. *Demarchus*. Tribunus plebis præfectus populo. *Comarchus*, præfectus vico, seu vici magister.

Vers. 10. *Suffarcinati cum libris*. Antiquum est *farcinare* pro farcire. Sic apud Terentium in Andria act. 4. sc. 5. *Verum vidi Cantharam suffarcinatam*.

Vers. 11. *Drapetæ*, idest, juxta Lambinum, fugitivi hi Græci, qui ultro citroque discurrebant, abetant, aderant confestim, quorum officiolæ, ut Seneca loquitur, per urbem erant discursationes.

Vers. 13. *In Thermopolio*. *In Hermopolio* manifeste in nostro libro veteri scribitur, tam hic quam in Trinum. Etsi autem de hoc verbo non habeo, quod prætcrea commemorem, tamen est conjectura in promptu, significari tabernam seu cauponam lautitiarum, ac cibi ac potus exquisitioris: quia Mercurii quondam numen mercimoniorum habitum fuit: & *Cauponarius* ille inter alia nomina vocatus est: & fortasse ante illas tabernas etiam simulacrum illius positum fuit. *Camer.* Porro *J. Lipsium* argumentis vincit, non in usu solum antiquitus *Calidam*, sed, quod miremur, in delitiis fuisse. Inde & apud Plautum fieri mentionem *Thermopolii*, cum hilarior invitatio describatur, aut solutior luxus: ut hic de ebriosis.

Vers. 20. *Si imperare possit*. Hæc Lambini glossa expungitur, ac legitur: *recte hic monstrat, se imperare posse*.

Vers. 29. *Ubi sunt spes meæ?* Diversa sperant Phædromus & Curculio. Ille pecuniam ex Caria; hic parasitus, mensam instructam. Illius pecuniariæ, hujus cibariæ spes sunt.

Vers. 34. *Si frustulenta est*. Alii *si surulenta est*.

Vers. 39. *Lippiunt fauces fame*. Jocosa & audaci translatione famelici, *fauces* dicit *lippire*, ex eo sane quod cum in fame os amarescat, salivaque concretior reddatur, & hæreſcat faucibus, dentibus, palato, & arenosa etiam quædam ore patente fila lentore suo deducat; lippitudinem oculorum imitari videtur.

Verf. 79. *Nutricem Herculem*. *Herculem* a Parafito *nutricem* appellari, fententia eft viri magni (*Lipfii*), id probat ex eo, quod Parafitos peculiares Herculis fervos leges Græciæ fanxerant, apud *Athen.* lib. 6. *Bafilicum* vero *jactum* eundem cum Venerio facit. Quia enim Magiftro convivii, quem Græci *bafilea* appellant, creando, proprius ille jactus, *Bafilicum* ideo eum vocavit, & recte. Sed ignofcant mihi illius manes, fi adfeveranti non credimus. Nam virum dici *almam nutricem*, cum mafculina extet terminatio, verifimile non eft. Adde, quod caput eft, non unius & folius Herculis fuiffe Parafitos, fed etiam aliorum Deorum, quod conftat ex laudato *Athen.* lib. 6. Quod vero *Bafilicum jactum* tuetur, & Venerium fuiffe contendit, fruftra eft. Nam non hic agebatur de creando convivii Magiftro: fed poftquam cœnati funt atque appoti, Miles talos pofcit in manum, & in aleam provocat Curculionem. Verum legendus eft locus ad hunc modum, & interpungendus:

---- *Tace parumper. jacit voltorios quatuor.*
Talos arripio, invoco alman meam nutricem. Herculo
Jacto bolis Chium. ----

Dicit Parafitus fe invocaffe *alman* nutricem fuam: quibus verbis facete ludit & jocatur, quafi nutricem, quæ fibi fit, non defignet, fed epitheto, quod perpetuum eft, *almæ* ornet: cum tamen intelligat *almen*, id eft, lepores, jocos, atque fales, venuftatemque fuam: iis quippe artibus victum fibi quærebant Parafiti, merebanturque fales illi *nutricis* nomen. Addit, *Hercule:* quod eft affirmantis de fucceffu aleæ, cum tam profperum habuiffe vix quifquam crederet; affirmantis, inquam, cum jurisjurandi religione de eo. Quatuor autem jactus five boli fuerunt: hinc ifta intelligenda; *jacit voltorios quatuor*. Miles mifit, fingulis illis talorum jactibus & bolis quatuor, *voltorium* five *canem:* At vero Parafitus inquit de fe, *jacto bolis Chium*. Singulis fcilicet bolis talorum, quos jactavit, *Chium*, id eft, *fenionem* mifit, & vicit. *Petitur*. Vera omnino eft *Lipfii* fententia de decimis Herculaneis locum hunc interpretantis. Prætera ipfe Hercules inter *polufagos* nominatiffimus. Cum libri fcripti non varient, ad alias conjecturas decurri non poteft. Nec vero aliter licet exponere quod vulgatum eft. *Salmaf.*

Act. 3. verf. 43. *Summanum vocant*. *Summanus* manium Deus eft, qui & Orcus dicitur, omnia rapiens ac devorans; unde verbum *fummanare* finxit Plautus pro auferre & rapere. Putat vero Meurfius *fummanare* dixiffe Plautum propter euphoniam, pro *fubmanare*, & ludere voluiffe in alliteratione.

Act. 4. fc. 1. verf. 2. *Halophantam*. Recte fe babet *Halophanta*. Non reperitur tamen hoc nomen apud Græcos, fed fictum eft a Comico, ut olim bene Scaliger cenfuit ab habitu marino. *Choragus* vero hodie vocatur qui pecunia fua chorum conducit & inftruit; ac primitus *Choragus* dicebatur is, cujus erat officium videre, ne imperitia chori aut lafcivia veteris mufica corrumperetur, fed pura atque fincera fervaretur.

Verf. 16. *Et malevoli: fupra lacum*. Scilicet Lucrinum, vel Servilium, alii etiam Curtium interpretati funt; qui tamen Plauti tempore nullus erat, ut docuit P. Merula in fua Cofmographia, qui *Lacum Juturnæ* hic unice defignari ait, quem P. Victoris in foro pofuit.

Verf. 19. *Sub Veteribus*. De privatis fœneratoribus hoc eft intelligendum. Hæ Veteres in foro tabernæ confiftebant.

Verf 23. *Qui aliis ut vorfentur &c.* Turnebus legit: *vel qui aliis fub-*

versandos præbeant, & sic explicat: qui vel ipsi fallant, vel qui alios fallendos præbeant. Et putat esse ductum a piscibus, qui dum assantur, versantur. Lambinus ab illo dissentit, & *vertere* positum esse ait, pro *evertere*, hoc est, per translationem, *bonis evertere*. Boxhornius censet veram esse omnium Mss. lectionem; *vel qui ipsi vortant*, idest, fallant & sic evertant alios, *vel qui*, id est, quomodo, *alii subversentur præbeant*, hoc est, aliis consilium dent.

Verf. 24. *Ditis damnosos maritos*. Scribendum: *Dites, damnosos maritos*.

Act. 4. sc. 2. verf. 1. *I tu pra, virgo*. Mss. Cam. *Ei, tu prode, virgo*.

Verf. 26. *Au! male meditate, male dicax es*. Sic edendum curavit Lambinus, hac potissimum scriptura probata; nam libri manuscripti partim sic habent, ut edidit cl. Interpres; partim sic: *heu, male meditare, malediceres:* partim sic: *haud vel in male meditantem maledicax es*. Quæ duæ posteriores scripturæ corruptissimæ sunt. Sic igitur hanc, quam secutus est, explicat interpres. *Au* interjectio est increpantis & objurgantis: *male meditate*: id est homo, qui in maledicendo exercitatus es: vel homo qui maledicta meditatus es. *Maledicax es*, idest dicax es odiose, & contumeliose. De interjectione *au* ne quis dubitare possit, sic Carisius lib. II. in extr. *Au*. Afranius in emancipato, *au mi homo, immo ædepol, vos supremum meum concelebretis diem*.

Sc. 3. verf. 1. *Iratus iracundia*. Videtur esse Atticismus. Sic loquebantur tamen & Romani illi veteres Sic Cato apud Carisium: *laudant me maximis laudibus*. Et Plautus ipse supra in Captivis: *pol istbic me haud centesimam partem laudat, quare ipse meritu 'st, ut laudetur laudibus*.

Sc. 4. verf. 1. *Quoi homini*. Poterit versus hic usurpari, cum suspicamur ne Princeps bona fide & nobis amicum præstat: vultu inquam & voce; sed corde aliud volutat.

Verf. 4. *Jusseram salvere*. Alii legunt *jusserim*, tum quia non jusserat sane: tum quia pulchre id exprimat fastidiosum aut iratum salutatorem.

Verf. 6. *Delinges salem*. Nedum ut *cœna adventitia* tibi detur. Jam *salem lingere* dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Nam apud veteres in tenuiorum cœnis salem loco cibi fuisse notum est.

Verf. 17. *Meaque pugna præliares*. *Præliares pugnas* dixit ad distinctionem velitationum, quæ verbis fiunt. Nam & pugnare verbis dicebant.

Verf. 21. *At ita me volsellæ*. *Volsella*, sive *Vulsella* instrumentum, quo pilos radicitus e corpore extirpant.

Verf. 22. *Axicia*. Forfex, quo secantur capilli, quasi *exicia* ab *exicando*. Nam *exicare* pro *exsecare* dicebant.

Verf. 29. *Miles pulchre centuriatus est*. Centuriati dicuntur milites, qui sunt in aliquam centuriam adscripti, seu conscripti. Expuncti qui e militia ejecti: manipulus militaris decem milites continebat, centuria decem manipulos, hoc est centum milites.

30. *In tritico*. Alludit ad *curculionem*, quæ vermis est, frumenta exinaniens, ut Varro ait, Græcis κὶς. Virg. 1. Georg.

--- *populatque ingentem farris acervum*
Curculio.

Act. 5. sc. 2. verf. 2. *Nulla est mihi*. Jocus ex ambiguo. Dixerat Planesium, *magna res est*, idest negotium magni momenti est. At Phædromus rei nomen aliter accipit, nempe pro fortunis & facultatibus rei familiaris: hoc modo, at mihi nulla res familiaris est, inquit; nam quam rem habui, eam celeriter absumsi.

Verf. 11. *Elusi militem*. Eludere, inquit Donatus, gladiatorium est, cum vicerunt, & ludo finem imposuere. Horat. 1. Sat. ult.
----- Davoque Chremeta
Eludente senem.
Propert. 2. el. 2.
Sic a Dulichio juvene est elusa
Calypso.

Sc. 3. verf. 3. *Non male creditur*. Non male creditur pecunia iis, qui nunquam reddunt, sed prorsus perit. Hoc significat leno: credere pecuniam argentariis, non est male credere, ut nonnulli dicunt. Nam qui male credit alicui pecuniam, spem habet aliquam recuperandi, neque prorsus perdit; at qui argentariis credit, prorsus perdit. Ergo nugantur qui ajunt argentariis male credi.

Verf. 7. *Verum amici compulerunt*. Leg. *contulerunt*. Mos fuit pulcherrimus & vere pius apud Græcos, sublevandi amicos pauperes. Erant enim sodalitates, quæ habebant communem arcam, in quam quot mensibus certum quid a singulis penderetur, ut esset unde juvari possent, qui ex illa sodalitate fortunam adversam aliquo modo essent experti. Tales itaque accipiebant ab istis amicis & sodalibus pecuniæ aliquam summam, ea lege, ut si Deus aliquando meliora daret, quantum esset erogatum, tantundem ipsi restituerent. Nec raro accidebat, ut importuni exactores debitorem adorirentur, cum ille ab amicis *eranum* istud, id est, pecuniam erani nomine collectam, auferret. Atque eodem hic locus Plauti referendus. *Casaub.* Mss. omnes habent *compulerunt*, non male tamen Casaub. *contulerunt*, nisi obstarent sequentia; *reddit argentum domo*. Nam *domo reddit*, qui promit de arca propria, quod antea ibi repositum habebat: ut ita collaticia pecunia amici eum non juverint. *Gruter.*

Verf. 10. *Vomere*. Tralatio est a ventriculo, qui cibi impatiens eum revomit. Dignus homini militari sermo.

Verf. 13. *Cum catello ut accubes*. Ambiguum, Festus: *Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur*.

Verf. 17. *Atque intestatum*. Etsi doctissimis *intestatum* probari video: ego tamen magis laudaverim, quod est in Sarracenica, *inantestatum*; præsertim cum huc unice faciant illa Sc. præcedenti, *intestatus vivito*. Cave tamen illud, *intestatus vivito*, sic interpreteris, quasi dicere voluerit, *vivito inantestatus*: non. Jocum captat: & rei Venereæ ineptum optat. tantum eo extulit verbo, quod auditorum minus attentis auribus imponeret; atque si testimonii ei adimeret dictionem. *Si inantestatus* hic retinemus, sciendum triplici venire significatu: Et pro eo cujus auris testimonii ergo apprehenditur: item eo qui in jus vocat, & qui vocatur. Pro primo facit illud Horat. 1. Sat. 9.
---- casu venit obvius illi
Adversarius: & ; licet antestari?
ego vero
Oppono auriculam, rapit in jus &c.
Pro secundo Prisc. lib. 8. qui ex Livio disertim affirmat, *impuberem libripendem esse non posse, neque antestari*. Ubi *antestari* passive accipitur. Tertio modo usurpat hic Plautus, & Pœn. act. 5. 4. *Antestare me, atque duce &c.* Istic siquidem Anterastilis jubet aurem sibi velli, & deinde duci in jus. Douza legit *condemnatum*.

Verf. 19. *Noli hunc indemnatum*. Douza legit, *condemnatum*.

Verf. 28. *Dicendi*. Legitur etiam *ditandi*.

Verf. 35. *Ego te flocci facio*. Hyperbolice dictum.

Verf. 40. *Tu autem in nervo*. Nervum appellamus, inquit Festus, etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur, tanquam Plautus eo etiam cervices vinciri facit. Hæc vero eo referenda sunt, quod qui pecuniam alteri debebant, &

ſe debere confeſſi erant, aut judicati fuerant, niſi intra triginta dies ſolviſſent, neque quiſquam pro iis a creditore duci & vinciri poterat. Quod ex Agellio lib. 20. cap. 1. intelligere licet, & Livio lib. 6.

F I N I S.

IL SOLDATO MILLANTATORE
DI PLAUTO.

MILES GLORIOSUS.

ARGUMENTUM.

MERETRICEM ingenuam deperibat mutuo
Atheniensis juvenis. Naupactum is domo
Legatus abiit: miles in eamdem incidit.
Deportat Ephesum invitam. servos Attici,
Ut nuntiaret domino factum, navigat, 5
Capitur, donatur illi captus militi.
Ad herum, ut veniret Ephesum, scribit. advolat
Adolescens, atque in proximo divortitur
Apud hospitem paternum. medium parietem
Perfodit servos, commeatus clanculum 10
Qua foret amantum. geminam fingit: mulieris
Sororem ait esse. mox ei dominus ædium
Suam clientam sollicitandum ad militem
Subornat. capitur ille, sperat nuptias,
Dimittit concubinam, & mœchus vapulat. 15

1 *Ingenuam* h. e. *ibi natam*, ut explicat P. Laeerml. Significat enim & Juvenem & Merctrieem Athenienses fuisse. Sic Juvenalis sat. 3. vers. 20.

..... *nec ingenuum violaret marmora tophum*.

Et Cic. in Bruto: *Municipes vocat cives Romanos non ingentnos*.

10 *Commeatus*. Idest *mutuus occessus*. In hac fabula non semel. Et in Stich. act. 3. sc. 1.

..... *eadem referam obsonium*
Per hortum: utroque commeatus continet.

12 *Sororem oit esse*. Aldus *sororem adesse*. Lambinus *sororem hanc esse*.

13 *Suam clientom*. Charisius lib. 1 *Cliens*, inquit, *communis generis est*. Unde fortasse Aldus & alii edidernnt *suam clientem*. Apud Afranium tamen Plautum, Ovidium, Horatium aliosque invenitur *clienta*, quæ mulier est sub alterius elientela vivens.

IL SOLDATO MILLANTATORE.

ARGOMENTO

Un giovane ateniese una natia
Sua cortigiana amava forte, ed ella
Lui. Questi va per ambasciate a Lepanto:
Un soldato s' abbatte in questa donna.
A mal core di lei la mena ad Efeso.
Il servidor dell' ateniese amante
Fa vela per recar nuova al padrone.
Lo pigliano i corsali, e fatto schiavo
Lo donano al soldato. E' tosto scrive
Al suo padron che in Efeso sen venga.
Viene il giovane a volo, e qui vicino
In casa alberga d' un paterno amico.
Nel muro, che divide e l' una e l' altra
Casa, un buco fa 'l servo, onde gli amanti
Avesser di nascoso accesso insieme.
Finge altra donna di fattezze simile,
E dice ch' è sirocchia di costei.
Certa fiatola sua poscia il padrone
Della casa suborna, acciò che stuzzichi
Il soldato. E' levar in barca lasciasi;
Spera le nozze, e dà il puleggio intanto
Alla sua cortigiana: e come adultero
E' vien concio alla fin di bastonate.

ALIUD ARGUMENTUM.

MERETRICEM Athenis Ephefum miles avehit.
Id hero dum amanti fervos nuntiare volt
Legato peregre, captu'ft ipfus in mari,
Et illi eidem militi dono datu'ft.
Suum arceffit herum Athenis, & forat
Geminis communem clam parietem in ædibus,
Licere ut quiret convenire amantibus.
Obhærentes cuftos hos vidit de tegulis.
Ridiculus autem, quafi fit alia, luditur.
Itemque impellit militem Palæftrio,
Omiffam faciat concubinam, quando ei
Senis vicini cupiat uxor nubere.
Ultro abeat, orat. donat multa. ipfe in domo
Senis prehenfus pœnas pro mœcho luit.

DRAMATIS PERSONÆ.

PYRGOPOLINICES, miles.
ARTOTROGUS, parafitus.
PALÆSTRIO, fervus.
PERIPLECTOMENES, fenex.
SCELEDRUS, fervus.
PHILOCOMASIUM, meretrix
PLEUSIDES, adolefcens.
LUCRIO, Puer.
MILPHIDIPPA, ancilla.
ACROTELEUTIUM, meret.
PUER.
CARIO, cocus.

ALTRO ARGOMENTO.

In Atene rapita una baldracca
La nave scioglie, e in Efeso la mena
Seco un soldato: e mentre il servo vuole
Oprar sì ch' al padron, che questa amava
Lungi ito ambasciador la nuova porti,
Da' corsari vien preso, e dato in dono
Allo stesso soldato. Il suo padrone
Tosto e' chiama in Atene, e di straforo,
Onde essi potessero congiugnersi
Mai sempre a lor talento i detti amanti.
Il muro, che comune era a due case
L' una all' altra vicine, ei buca. Un servo
La guardia ivi facendo osservò quegli
Amanti da di sopra il tetto starsene
Nell' atto di baciarsi: e infinocchiato
Tanto vien, che la crede un altra donna.
Alfine Palestrione il buon soldato
Tira a lasciare la buscata femmina,
Onde aver del vicin vecchio la moglie.
Regali a lei ne fa; prega che parta;
E in casa il vecchio paga il fio d' adultero.

INTERLOCUTORI.

PIRGOPOLINICE, soldato.	PLEUSIDE, giovane.
ARTOTROGO, parasito.	LUCRIONE, ragazzo.
PALESTRIONE, servo.	MILFIDIPPA, serva.
PERIPLETTOMENE, vecc.	ACROTELEUZIA, cortig.
SCELEDRO, servo.	RAGAZZO.
FILOCOMASIA, cortigiana	CARIONE, cuoco.

La Traduzione è del P. Lacermi Accademico di Padova, ossia del P. Michelangiolo Carmeli.

ACTUS PRIMI

SCENA PRIMA.

PYRGOPOLINICES. ARTOTROGUS.

Pyr. CURATE, ut ſplendor meo ſit clypeo clarior,
Quam ſolis radii eſſe olim, cum ſudum'ſt, ſolent:
Ut, ubi uſus veniat, contra conſerta manu
Oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibus.
Nam ego hanc machæram mihi conſolari volo, 5
Ne lamentetur; neve animum deſpondeat,
Quia ſe jampridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtit fratrem * facere ex hoſtibus.
Sed ubi Artotrogus? *Art.* hic eſt, ſtat propter virum
Fortem, atque fortunatum, & forma regia; 10
Tum bellatorem. Mars haud auſit dicere,
Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.
Pyr. Quemne ego ſervavi in campis Gurguſtidoniis,
Ubi Bombomachides Cluninſtaridyſarchides
Erat imperator ſummus, Neptuni nepos? 15
Art. Memini. nempe illum dicis cum armis aureis,
Quojus tu legiones difflaviſti ſpiritu,
Quaſi ventus folia, aut panniculam * tectoriam.
Pyr. Iſtuc quidem ædepol nihil eſt. *Art.* nihil hercle quidem hoc,
Præ ut alia dicam, tu quæ numquam feceris. 20

2 *Sudum'ſt*. Ideſt cum nulla obtegente nube ſol ſplendeſcit.
4 *Præſtringat*. al. *Præſtringuat*.
7 *Feriatam*. h. e. otioſam. Sumta eſt metaphora a feriis romanorum, in quibus ceſſatio operum & judiciorum.
8 *Miſera geſtit*. Al. *Miſere* h. e. valde.
13 *Gurguſtidoniis* &c. Nomina ſunt de induſtria ridicule conficta.
71 *Quojus* pro *cujus* veteri more. Sic Pſeud. act. 2. ſc. 4. legitur *quojuſmodi* pro *cujuſmodi*.

ATTO PRIMO.

SCENA PRIMA.

PIRGOPOLINICE, ARTOTROGO.

Pirg. *FATE che ſia lo ſcudo mio più terſo*
E riſplendente più ch' eſſer non ſogliono
I rai del ſole, allor ch' è il ciel ſereno;
Onde come verrà ch' io pugni, abbagli,
Gli occhi a' nemici poſti in ordinanza.
Ben voglio conſolar queſta mia ſpada
Che non ſi lagni, e sbaldanziſca ch' io
Di gran tempo la porti al fianco pigra;
Dove, laſſa, vorrebbe in mille pezzi
Farne come ſalſiccia i miei nemici.
Ma Artotrogo dov' è? Art. *E' qui, ſta preſſo*
All' uomo forte fortunato, e d' aria
Maeſtoſa e real; di più guerriero.
Di parlar non darebbe a Marte l' animo,
Nè alle tue d' agguagliar le ſue prodezze.

Pirg. *Quegli, che già da me fu liberato*
Ne' campi ſanguinoſofierorribili,
Dov' era Capitano Generale
L' Altiribombapiucchetonantiſſimo
Spaventamondo di Nettun nipote?

Art. *Me ne ſovvien, sì sì: vuoi dir colui,*
Che l' armi d' oro avea, le cui legioni
Gettaſti a terra con un ſoffio ſolo,
Come il vento le frondi o la pagliuzza,
Che ſta ſul tetto alle villeſche caſe.

Pirg. *Pure affè queſto è nulla.* Art. *E' nulla in vero*
Riſpetto all' altre coſe, che dirò
Che non faceſti mai. Se vide alcuno

Perjuriorem hoc hominem ſi quis viderit,
Aut gloriarum pleniorem, quam illic eſt;
Me ſibi habeto; ei ego me mancupio * dabo,
Epityro *, ut apud illum eſuriem inſane bene.

Pyr. Ubi tu es? *Art.* eccum. ædepol vel elephanto in India 25
Quo pacto pugno perfregiſti brachium!

Pyr. Quid, brachium? *Art.* illud dicere volui, femur.

Pyr. At indiligenter hic eram. *Art.* pol ſi quidem
Conniſus eſſes, per corium, per viſcera,
Perque os elephanto brachium tranſmitteres. 30

Pyr. Nolo iſtæc hic nunc. *Art.* ne hercle operæ pretium quidem
Mihi te enarrare, tuas qui virtutes ſciam.
Venter creat omnes has ærumnas. auribus
Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant,
Et aſſentandum eſt, quidquid hic mentibitur. 35

Pyr. Quid illud, quod dico? *Art.* hem, ſcio jam, quid vis dicere.
Factum eſt hercle: memini fieri. *Pyr.* quid id eſt? *Art.* quidquid eſt.

Pyr. Habes tabellas? *Art.* vis rogare? habeo & ſtilum.

Pyr. Facete advortis animum tuum ad animum meum.

Art. Noviſſe mores me tuos meditate decet, 40
Curamq: adhibere, ut prævolet mihi, quo tu velis.

Pyr. Ecquid meminiſti? *Art.* memini, centum in Cilicia,
Et quinquaginta centum Sycolatronidæ,
Triginta Sardi *, ſexaginta Macedones,
Sunt homines, tu quos occidiſti uno die. 45

34 *Ne dentes dentiant*. h. e. ne doleant. Dicuntur *dentire* pueri. qui primum dentes emittunt, quo tempore eis dolent. Sic joco quodam populari *dentes dentire* dicuntur eorum qui valde eſuriunt. Vid. Turneb. lib. 7 cap. 6. Adverſ.

42 *Ecquid*. Pro nunquid. Sic non raro politiores latini. Ovid. lib. 3. Triſt. eleg. 7.
..... *ſtudiis communibus ecquid inhæres?*

Un uomo più ſpergiuro di coſtui,
E più ripien di vanaglorie, prendami
In ſuo voler, e mi farò ſuo ſchiavo;
Perchè a ſtecchetto di polenta tengami
A ſegno, che mi ſpiriti di fame.

Pirg. *E dove ſei?* Art. *Son qui. Certo, come anco*
A un elefante in India con un pugno
Cioncaſti il braccio! Pirg. *E che mai dici il braccio?*

Art. *Ah no no: volli dir anzi la coſcia.*

Pirg. *Ma facea queſto alla carlona.* Art. *Cappita!*
Se tutto il tuo valor vi aveſſi poſto,
Pel cuojo, per le viſcere e la bocca
Tu gli avereſti trapaſſato il braccio.

Pirg. *Si pongano da canto or queſte coſe.*

Art. *E in ver non mette conto il raccontarmi*
Le tue virtù, che l'ho ſu per le dita.
Per voglia di mangiar ho queſt' impacci.
Tai ſpampanate han d'aſcoltar l'orecchie,
Perchè da fame i denti non mi dolgano;
E deonſi piagentar le ſue menzogne.

Pirg. *Ben, e ciò che dico?* Art. *Io, canchero, ſo*
Coſa vuoi dire, è un fatto affè ſtupendo:
Me ne ſovvien ch' avvenne. Pirg. *E coſa egli è?*

Art. *Sia che ſi voglia.* Pir. *hai 'l ruolo?* Art. *E forſe vuoi*
Regiſtrar de' ſoldati? ho pur la penna.

Pirg. *Ben ſi conface il tuo volere al mio.*

Art. *Saper per ogni verſo i tuoi coſtumi*
Mi ſi conviene, e aver tutta la mira
Di prevenir tua voglia a ben ſervirti.

Pirg. *Per ſorte a te ſovvien?* Art. *Sì, mi ſovviene.*
Nella Cilicia cento, e arrogi a queſti,
Cinquanta cento ſuoruſciti, e trenta
In Sardo, con ſeſſanta altri Macedoni
Gli uomini ſono, che in un giorno ſolo

Pyr. Quanta istæc hominum summa est? *Art.* septem millia.

Pyr. Tantum esse oportet: recte rationem tenes.

Art. At nullos habeo scriptos; sic memini tamen.

Pyr. Ædepol memoria est optuma. *Art.* offa me monet.

Pyr. Dum talem facies, qualem adhuc, assiduo edis: 50
Communicabo te semper mensa mea.

Art. Quid in Cappadocia, ubi te quingentos simul,
Ni hebes machæra foret, uno ictu occideres.
At peditatus reliquiæ erant, si viverent.
Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt, 55
Pyrgopolinicem te unum in terra vivere
Virtute, & forma, & factis invictissumis.
Amant te omnes mulieres, neque hercle injuria,
Qui sis tam pulcher. ut vel illæ, quæ here pallio
Me reprehenderunt. *Pyr.* quid here dixerunt tibi? 60

Art. Rogitabant: hiccine Achilles est, inquit, tibi?
Immo ejus frater, inquam. innuit illarum altera:
Ergo mecastor pulcher est, inquit, mihi
Et liberalis visus. cæsaries quam decet!
Næ illæ sunt fortunatæ, quæ cum isto cubant! 65

Pyr. Itane ajebat tandem? *Art.* quæ me ambæ obsecraverint,
Ut te hodie quasi pompam * illà præter ducerem.

49 *Offa me monet*. Parcus legit, *offa monent*. Aldus, & aliæ Vett. edd. *offa emonet*. Eodem recidunt. *Offa* frustum est panis, aut aliarum rerum quæ comeduntur, quam Græci μᾶζαν vocant; atque, utdo-Suida, ex farina, oleo, & aqua conficitur. Alii eam inter opipara edulia recensent.

54 *Si viverent*. Jocus est hic, ut animadvertit Lambinus. *Si viverent*, hoc est, *Si ulli essent*,

Hai tu mandati tutti a fil di ſpada.
Pirg. *In tutto quanto fa?* Art. *Fa ſettemilla.*
Pirg. *Tanto eſſer dee: pulito il conto fai.*
Art. *Ma neſſun ne notai; pur mi ricordo.*
Pirg. *Hai un' ottima memoria alle guagneſpole.*
Art. *A me la fame ſuggeriſce tutto.*
Pirg. *Se tale mi ſarai qual ſino ad otta,*
Non mancheratti mai da manucare:
Ti terrò ſempre meco alla mia tavola.
Art. *Che non faceſti in Cappadocia? dove*
Cinquecento in un colpo avreſti uccisi,
Se non ſi foſſe rintuzzato il filo
Della tua ſpada: e queſti erano ſcampolo
De' pedoni, ſe foſſero tra' vivi.
Io coſa ti dirò, che tutti al mondo
Gli uomini ſan; che 'l Pirgopolinice
Unico ſei, che ſulla terra vive,
Di valor, di beltà, d' opre invittiſſime.
Tutte le donne ſono innamorate
Di te, e in ſede mia che hanno ragione
Eſſendo tanto bel: com' anche quelle,
Che m' han tirato jer pel ferrajolo.
Pirg. *Coſa ti diſſer jeri?* Art. *Elle m' andavano*
Dimandando: è egli forſe Achille? dice.
Anzi ſuo fratel, dico: e un' altra d' eſſe
Fece cenno di sì. Cappita! certo,
Dice, è bello e avvenente a rimirarlo.
Oh come gli ſta ben quella ſua zazzera!
Mai sì che ſono fortunate quelle,
Che dormono con lui! Pirg. *Così di fatto,*
Finalmente dicea? Art. *Che dubitarne?*
Se unite tutte due mi ſcongiurarono
Ch' oggi ti conduceſſi a paſſeggiare,
Come in trionfo innanzi alla lor caſa?

Pyr. Nimia eſt miſeria pulchrum eſſe hominem nimis.
Art. Moleſtæ ſunt mihi, orant, ambiunt, obſecrant,
Videre ut liceat: ad ſeſe arceſſi jubent. 70
Ut tuo non liceat operam dare negotio.
Pyr. Videtur tempus eſſe, ut eamus ad forum,
Ut in tabellis quos conſignavi hic heri
Latrones, ibus dinumerem ſtipendium.
Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo, 75
Ut ſibi latrones cogerem & conſcriberem.
Regi hunc diem mihi operam decretum eſt dare.
Art. Age eamus ergo. *Pyr.* ſequimini, ſatellites.

74 *Latrones*. Olim pro milite & ſtipatore mercede conducto. Serv. Æneid. 12. verſ. 7. *Latrones vocantur conducti milites: moris autem erat ut hos imperator circa ſe haberet* &c. Feſtus: *Latrones eos antiqui vocabant, qui conducti militabant. At nunc viarum obſeſſores dicuntur*. Hinc *latrocinari* pro, militare mercede. Plautus Cornic. *Latrocinatus annos decem mercedem*. Suet. in Tiberio: *Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti* &c.

74 *Dinumerem ſtipendium*. Milites, quibus ſtipendium publicum dinumerabatur, ut animadvertit Meurſius, vocabantur *ærarii*; qui vero ſuopte ſumtu militabant *aſſidui* appellabantur. Utrunque militum genus apud Græcos olim, Romanoſque fuit. Qui ſtipendia mœrent. milites vocantur *ſtipendiarii* apud Livium. Romani enim uſi ſunt ſcutis ex quo militibus ſtipendium conſtitutum fuit. Nam antea ſine ſtipendio militabant. Vide Turnebum lib. 11. cap. 27.

Pirg. *Una miſeria grande è per un uomo*
L' eſſere troppo bello. Art. *Eſſe mi rompono*
Il capo, fanno ſuppliche, mi ſtanno
Attorno, mi ſcongiurano che poſſano
Vederti: elle m' impongono t' inviti
A caſa loro; e non ti laſci libero
Per attendere agli altri affari tuoi.

Pirg. *Par che ſia tempo omai di girne in piazza,*
Per dar la paga a que' ſoldati, ch' io
Jeri quivi arrolai; poichè pregommi
Con grandiſſima iſtanza il re Seleuco
Che gli trovaſſi gente, e l' aſſoldaſſi.
Queſt' oggi ho ſtabilito d' impiegarmi
Pel re. A. *ſu dunque, andiam.* P. *Guardie, ſeguitemi.*

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

PALÆSTRIO.

MIHI ad enarrandum hoc argumentum eſt comitas,
Si ad auſcultandum voſtra erit benignitas.
Qui autem auſcultare nolit, exſurgat foras,
Ut ſit ubi ſedeat ille, qui auſcultare volt.
Nunc, qua aſſediſtis cauſſa in feſtivo loco, 5
Comœdiai, quam modo acturi ſumus,
Et argumentum, & nomen vobis eloquar.
ALAZON græce huic nomen eſt comœdiæ,
Id nos latine GLORIOSUM dicimus.
Hoc oppidum Epheſum eſt: inde eſt Miles meus herus, 10
Qui hinc ad forum abiit, glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus perjurii atque adulterii.
Ait ſeſe ultro omnes mulieres ſectarier.
Is derididiculu'ſt, quaqua incedit, omnibus.
Itaque hic meretrices labiis dum ductant* eum,
Majorem partem videas valgis ſaviis*. 16
Nam ego haud diu apud hunc ſervitutem ſervio.
Id volo vos ſcire, quomodo ad hunc devenerim
In ſervitutem, ab eo quoi ſervivi prius.
Date operam. nam nunc argumentum exordiar. 20
Erat herus Athenis mihi adoleſcens optumus;

6 *Comœdiaï*. Sic nomina primæ apud veteres in gignendi, & dandi caſu deſinebant. Sic infra act. 2. ſc. 1. verſ. 25. *magnaï reiipublicaï*.

20 *Nunc argumentum*. Non ſtatim ab initio fabulæ argumentum eloqui nonnunquam conſueverunt comici, ut Ariſtophanes in Veſpis. Ad id exemplum Plautus jam more Militis expoſito orditur nunc enarrare, quænam ſit fabula appoſite conficta ad id genus hominis quem in anteacta ſcena deſcripſit.

ATTO SECONDO

SCENA PRIMA.

PALESTRIONE.

M' è facile il narrar questo argomento
Se voi benignamente m' udirete.
Ma chi poi non curasse d' ascoltare,
Si levi e se la batta; ond' abbia loco
Da sedere colui, ch' ascoltar vuole.
Ora per quel motivo, che vi siete
Posti a sedere in luogo dilettevole,
Vi dirò l' argomento e il nome della
Commedia, che noi siamo ora per fare.
ALAZON la commedia in greco chiamasi,
Ch' è quel, che noi diciamo in italiano,
MILLANTATORE. Efeso è questo, ed il
Soldato mio padron è pur d' Efeso,
Ch' è di qui gito in piazza, un pien di boria
Uno sfacciato, un gaglioffaccio sordido,
Un pieno fino agli occhi di spergiuri,
E d' adulterj. Fa le spampanate
Che corron dietro a lui tutte le femmine,
Ed è il zimbello a tutti ovunque vada.
Però in questo paese tu vedrai
Quando a lui le bagascie danno il pepe,
Quasi sempre far bocchi. E' poco tempo
Ch' io servo costui. Vo', che lo sappiate,
Com' io gli son venuto nelle mani;
Tolto da quel padron, che ho pria servito.
Badate: all' argomento ora darò
Principio. Per padrone un garbatissimo
Giovane avea in Atene. Questi amava

Is amabat meretricem matre Athenis Atticis *,
Et illa illum contra, qui est amor cultu optumus.
Is publice legatus Naupactum hinc fuit,
Magnaï reiipublicaï gratia. 25
Interibi ut hic Miles forte Athenas advenit,
Insinuat sese ad illam amicam heri mei,
Occœpit ejus matri suppalparier
Vino, ornamentis, opiparisque obsoniis.
Itaque intimum ibi se Miles apud lenam facit.
Ubi primum evenit Militi huic occasio, 31
Sublinit os illi lenæ, matri mulieris,
Quam herus meus amabat. nam is illius filiam
Conjicit in navem Miles, clam matrem suam.
Eamque invitam huc mulierem in Ephesum advehit. 35
Ego quantum vivus possum, mihi navem paro,
Ubi amicam herilem Athenis avectam scio.
Inscendo, ut eam rem Naupactum ad herum nuntiem.
Ubi sumus provecti in altum, id quod volunt,
Capiunt prædones navem illam, ubi vectus fui.
Prius perii, quam ad herum veni, quo ire occœperam. 41
Ille, *qui* me cepit, dat me huic dono Militi.

Un.

25 *Magnaï reiipublicaï*. Athenæ dictæ sunt *magna respublica*, quia hæc amplitudine & dignitate alias respublicas Græcorum superabat.
32 *Sublinit os*. Alii legunt *sublevit os*. Os sublinere significat dare verba & arte quadam illudere. Nonius Marcellus tractum putat a ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pingebant.
36 *Quantum vivus possum*. Alii *quantocyus possum*. Al. *quantum citius*. Aldus & Passeratius *quantum unus possum*.
39 *Id quod volunt*. Lipsius conjecit legendum *id quod Di volunt*. Al. *illico advolant*.

Un' ateniese cortigiana, ed ella
Amava ancora lui, ch' è quell' amore
Da coltivare il più dolce e piacevole.
Quindi pubblicamente ei fu spedito
In qualità d' Ambasciatore a Lepanto,
A servizio di quella gran repubblica.
Frattanto, tosto che questo Soldato
Per accidente capita in Atene,
Comincia a bazzicar con quell' amica
Del mio padron. Si mise innanzi a tutto
Alla madre di lei a far carezze,
E l' ingoffò le diè di vino e vesti,
E d' altre cose, con che ungersi il griso.
E in questa guisa prende intrinsichezza
Con colei, che faceva da mezzana.
Subito poi che se la vede bella,
Questo Soldato, dà la berta a quella
Portapolli, alla madre della donna,
A cui facea all' amore il mio padrone.
Di soppiatto alla madre e' sulla nave
Caccia la figlia, e mal suo grado seco
Qui in Efeso la mena: ed io sì tosto
Ho notizia, che fu condotta via
L' amica del padron, quanto mai posso
Presto allestisco una leggiera barca;
E su vi monto per recar a Lepanto
Novella al mio padron di questo fatto.
Quando siamo arrivati in alto mare,
I corsari, che stan per questo all' erta,
Prendon la barca, sulla qual condotto
Fui. Male capitai prima di giungere
Dal padrone, ver dove era indrizzato.
Colui, che mi fe schiavo, mi dà a questo
Soldato in dono. Come a casa nelle

Hic poſtquam in ædis me ad ſe duxit domum,
Video illam amicam herilem, Athenis quæ fuit.
Ubi contra aſpexit me, oculis mihi ſignum dedit, 45
Ne ſe appellarem: deinde, poſtquam occaſio eſt,
Conqueritur mecum mulier fortunas ſuas:
Ait ſeſe Athenas fugere cupere ex hac domu.
Seſe illum amare meum herum, Athenis qui fuit:
Neque pejus quemquam odiſſe, quam iſtum Militem. 50
Ego, quoniam inſpexi mulieris ſententiam,
Cepi tabellas, conſignavi clanculum:
Dedi mercatori, qui ad illum deferat
Meum herum, qui Athenis fuerat, qui hanc amaverat,
Ut is huc veniret. is non ſprevit nuntium; 55
Nam & venit, & is in proxumo hîc devortitur
Apud ſuum paternum hoſpitem, lepidum ſenem.
Itaque ille amanti ſuo hoſpiti morem gerit.
Noſque opera conſilioque adhortatur, juvat.
Itaque ego paravi hîc intus magnas machinas, 60
Quî amanteis una inter ſe facerem convenas.
Nam unum conclave, concubinæ quod dedit
Miles, quo nemo niſi eapſe inferret pedem,
In eo conclavi ego perfodi parietem,
Qua commeatus eſſet hinc huc mulieri. 65
Et ſene ſciente hoc feci: is conſilium dedit.
Nam meus conſervos eſt homo haud magni pretii,

60 *Magnas machinas*. h. e. *magnas inſidias*. Translatio fit a re militari. Oppugnantes enim urbem muris quatiendis machinamenta parant, ac expromunt quidquid inſidiarum mens comminiſci poteſt.

63 *Eapſe*. Pro *ea ipſa*. Et in Aulul. *eampſe* uſurpavit pro *eam ipſam*. Douza malit legere *ea ſe inferret pede*.

Sue ſtanze e' mi menò, vedo l' amica
Del padrone colei, che fu in Atene.
Quand' ella ſimilmente me adocchiò,
Mi fe cenno coll' occhio, che per nome
Non la chiamaſſi: poi quando ha occaſione,
Si lagna meco delle ſue diſgrazie,
E dice ch' ella brama uſcir di queſta
Caſa, e fuggirſene in Atene; ch' ella
Ama quel mio padron, che fu in Atene;
E che mai non odiò perſona al mondo
Peggio di quel che fa queſto Soldato.
Ed io, poichè conobbi il ſentimento
Della femmina, ho ſcritta e ſigillata
Di naſcoſo una lettera, e la diedi
Ad un mercante che la porti a quel
Mio padrone, che ſtato era in Atene,
E amato avea coſtei. Dietro alle ſpalle
E' non gettò l' avviſo; imperocchè
E' già venuto, e ſta qui preſſo in caſa
D' un oſpite del padre, il quale è un vecchio
Di buon' aria. Ei però ſeconda il genio
Del foreſtiero amante, e col conſiglio
A noi fa core, e ci dà man coll' opera;
Che però quivi dentro ho preparato
Delle macchine grandi; ond' io faceſſi
Che queſti amanti inſieme tra di loro
S' uniſſero. Per queſto in una ſtanza
Dal Soldato aſſegnata alla ſua donna,
Dove altri il piè, trattane lei, non ponga,
Ho pertugiato il muro; ond' ella poſſa
Aver di là, di qua libero il paſſo.
E queſto ho fatto di conſentimento
Del vecchio: e' die 'l conſiglio. Già affè mia
Il mio conſervo, che 'l Soldato ha meſſo

Quem concubinæ Miles custodem addidit.
Ei nos facetis fabricis, & doctis dolis
Glaucomam* ob oculos objiciemus: eumque ita 70
Faciemus, ut, quod viderit, non viderit.
Et mox, ne erretis, hæc duarum hodie vicem
Et hic & illic mulier feret imaginem:
Atque eadem erit, verum alia esse assimulabitur.
Ita sublinitum est os custodi mulieris. 75
Sed foris concrepuit* hinc a vicino sene.
Ipse exit: hic ille est lepidus, quem dixi, senex.

ACTUS II. SCENA II.

PERIPLECTOMENES. PALÆSTRIO.

Per. NISI hercle defregeritis talos, posthac quemque in tegulis
Videritis alienum; ego vostra faciam latera lorea,
Mihi quidem jam arbitri vicini sunt, meæ quid fiat domi.
Ita per impluvium intro spectant. nunc adeo edico omnibus,
Quemque a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis, 5
Extra unum Palæstrionem, huc deturbatote in viam.
Quod ille gallinam, aut columbam se sectari, aut simiam

A guardia della donna, è un omiciatto
Che non vale una man nè men di noccioli.
Con giocosi artefizj e astuti inganni
Faremo comparir agli occhi suoi
Lucciole per lanterne, e gli daremo
Ad intender che quel, che vide, non
Abbia visto: e perchè poi non prendiate
Errore, questa donna oggi di due
Porterà le sembianze in questa e quella
Casa. La stessa già sarà; ma d' essere
Un' altra fingerà. Con questo modo
Si fa la bella barca ai guardasemmine.
Ma ho sentito di qua stridere l' uscio
Del vicin vecchio: appunto è desso ch' esce:
Questi è il vecchio galante, che vi dissi.

ATTO II. SCENA II.

PERIPLETTOMENE, PALESTRIONE.

Per. *AFFE' mia, che se voi non romperete*
Le gambe da qui 'nnanzi a chi che sia
Straniero, che vedrete in su del tetto,
Io, come fanno i ciabattini il cuojo,
Vi pesterò i galloni. Già i vicini
Veggon quel, che si fa nella mia casa;
Perchè guattano dentro per la corte.
Or dunque dico a tutti espressamente,
Qualunque del Soldato, che vedrete
Sopra del nostro tetto, eccetto solo
Palestrion, giuso in strada a capitombolo
Gettatelo. Dica pur che diavol vuole,
Che sen va per pigliare una gallina,
O che diascane sia colomba, o simia

Dicat, disperiſtis, ni uſque ad mortem male mulctaſſitis.

Atque adeo, ut ne legi fraudem faciam Talariæ*,

Accuratote, ut ſine talis domi agitent convivium*.

Pal. Neſcio quid malefactum a noſtra huic familia eſt, quantum audio: 11

Ita hic ſenex talos elidi juſſit conſervis meis.

In quem Callimachi locum adnotat Ezechiel Spanhemius, aliquot solum dierum intervallo urbes Ephesi & Sardis fuisse a se invicem disjunctas. Itaque *Sardi* est auferendi casus.

67 *Quasi pompam.* Lipsius lib. 2. Antiq. Lect. cap. 16. putat hic alludi ad illum Romanorum morem, quo Dii quotannis solemni pompa Romæ, Circensium ludorum diebus, in Carpentis traduci solebant. Hinc Prudentius de Vesta:

Fertur per medias, ut publica pompa, plateas.
Pilento residens molli. . . . .

Sed pace ego Lipsii dixerim, multo satius est interpretari, non ad Romanam, sed ad Græcam consuetudinem allusisse Plautum. Nam, ut scite animadvertit Pareus hoc institutum Græcorum proprium fuit. Itaque cum Palliata sit fabula, græcus mos, ubi concinne potest, semper exponendus est. Celeberrimæ pompæ Ptolomæi Philadelphi descriptio extat apud Athenæum lib. 5. Dipnosoph. In pompa variæ per urbem res spectatu dignæ ferebantur, pretiosa omnis supellex, aurum, argentum, pocula, deorum signa, tabulæ pictæ, & alia id genus. Quare lepide finguntur rogasse mulieres, ut militem præter duceret quasi *pompam*, h. e. pedetentim ambulando, gressu tardo & gravi, ut cuique sit copia rem eximiam spectandi; non curriculo incedendo, ut assolent ii, qui negotii caussa quopiam se agentes, prætereunt. Tandem quicquid per publicum, ut spectetur traducitur *pompa* est, ait Barthius lib. 2. cap. 2.

Act. 2. sc. 1. v. 15 *Labiis dum ductant.* Salmasius cum aliis optimæ notæ Criticis *labiis ductare* esse dicunt *ore vultuque distorto & valgis labiis aliquem deridere*. Qui mos meretricum est, amatores suos contumeliosius subsannare. μῶκος est *sanna*. Unde *mocosus risus*, qui non fit salibus & dicacitate, ut inquit Pareus, sed vultu & gesticulationibus. Vapulat itaque Lambinus, qui explicuit, *mulieres labiis ad osculum compositis eum lactant & captant*. Sermo enim non est de osculatione; sed de posticis sannis, quibus mulieres nedum militem absentem, sed præsentem etiam adversum & a tergo illudebant. Hinc Agellius dixit *labiorum ductu irridere*.

16 *Valgis suaviis.* Putat Meursius, *Valgis suaviis* nihil aliud sibi velle, quam apud Apulejum *Semihulco ore suaviari*. Hinc Petronius, *Commovebat valgiter labia, & me tanquam furtivis subinde osculis verberabat.* Quanquam, neque enim

quicpiam dissimulem. Turnebus legit *oculis* non *osculis*; atque praeterea locus est vehementer controversus. Nam & laudatus Turnebus lib. I. adv. cap. 15. iis citatum Petronii locum legit *abiter* pro *valgiter*. Deinde vero lib. 7. c. 6. *Valga suavia* interpretatur obtortiones oris ad deridendum. Quoniam, inquit, *suavium* interdum est conformatio oris & labrorum ad suaviandum. Meretrices autem dum gloriosum militem ductabant atque captabant per illusionem inter obsculandum os obtorquebant & valgum reddebant.

Vide alias, si operæ est, Criticorum sententias hac de re apud Taubmannum in hunc locum.

22 *Matre Athenis Atticis*. h. e. meretricem Atheniensem. *Mater* enim dicitur eleganter hoc loco, interprete Pareo, pro *patria*. Ita sane legit Taubmannus. Alii legunt, *meretricem æque Athenis*. Quæ lectio quamvis non sit improbanda; non est tamen operæ pretium a vulgata discedere. Porro quidam varie lectionem vexant, mutando vel *arcte*, vel *macte*, vel in *artu*, vel *acrem* pro *matre*. Perperam omnes, inquit Gronovius. Fuit enim in animo Plauti, si recte conjicio, significare, meretricem eam adæque, atque adolescens erat, Atticam fuisse. Cujus interpretationis argumento est etiam lectio Mureti in Catullum carm. 45., ubi adducens in exemplum hunc Plauti locum, ita legit:

Is amabat meretricem natam Athenis Atticis.

Athenis Atticis. Vocat Plautus *Athenas Atticas*; quia, ut animadvertit Valla ex Varrone, tres fuerunt Athenæ. Ex vero, de quibus modo sermo, inter Dianæ sacellum, & Eleusinem urbem sitæ sunt juxta Gerbellium lib. 5. de Achaja, & Cluverium lib. 4. Geograph. c. 8. Præterea *Athenis Atticis* dictum est, teste Bosio, ut apud Lucillium *Capua Campana*.

70 *Glaucoma ob oculos objiciemus*. *Glaucoma* vitium oculorum est, cum humor chrystallinus in glaucum colorem mutatur. Itaque qui hoc morbo laborat minus videt. Hinc factum, quod pene proverbii speciem refert, *glaucomam obiicere ob oculos*. h. e. id agere, ut quis minus videat, quod videre putat. Hæc porro ægritudo, ut animadvertit olim in hunc locum Saracenus ex Aristotele de animalibus, fit potius ob siccitatem oculorum, Quamobrem senescentibus magis accidere solet, quibus oculi, ut corpus reliquum, ob senectutem siccescunt.

76 *Sed foris concrepuit*. Apposite ad hunc locum animadvertit Muretus in more positum habuisse veteres in viam publicam pellendo aperire ædium fores. Quare factum, ut qui exiret prius ipsas fores percuteret, quo quisque caveret sibi, ne imprudens propter adstans læderetur. Cui adstipulatur Turnebus lib. 11. adv. c. 12. *Cum quis*, inquit, *exit foras plerumque Comici scribunt, crepuerunt fores. Nam*, pergit, *quod Athenis fores aperirentur foras in viam; idea eas aperire parantes, crepitu digitorum se velle exire significabant*. Hinc Terentius in Hecyra act. 4. sc. 1.

Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.

Quem morem attigit etiam Menander, ut annotarunt Grotius & Clericus in ejus fragmenta:

Sed etiam aliquis strepitum edebat ad januam exiens.

Sc. 2. v. 9. *Ne legi fraudem faciant Talariæ*. Jocus est ex ambiguo, ut animadvertunt Lambinus, & Taubmannus. Vel enim *lex Talaria* est, quæ ab eo fertur, qui Magister convivii talorum jactu creatus est; qui etiam Modimperator, & symposiarcha appellatur; vel *lex talaria* dicitur, quæ a sene sancitur, ut ei defringantur tali, qui in tegulis visus fuerit. Sciendum præterea, veteres non solum ad creandum convivii magistrum, sed etiam inter pocula, & post pocula talorum lusu usos fuisse. Salmasio vero nescio qui in mentem venerit scribere, hic allusum esse ad legem aliquam circa ea tempora latam de lusu talorum ac tesserarum vetando. Nam & quod sequitur *sine talis*

duo, teste Gronovio, significare potest, & crurifragium, & talorum lusoriorum inopiam. Ad hæc, *fraudem legi facere* significat *in legem peccare*. Quod patet ex Livio lib. 7. *Sua lege decem millium æris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset*. Hinc lepide ait senex, se velle, ut sine talis agitent convivium, ne peccent in legem talariam subdole collusorem fallendo in talorum jactu. Vide, si alia cupis, editionem Plauti Amstelodami 1684. ubi ex variis Criticis plura in hunc locum adnotantur.

10 *Sine talis domi agitent convivium*. Sequitur ex ambiguo jocus. Solebant enim, uti diximus, Prisci ludo talorum agitare convivium. De quo ludo vide Turnebum lib. 27. adv. cap. 3.

49 *Dextera digitis &c.* Præstat etiam hic edicere morem, qui apud Veteres erat. Ii enim ab uno numero ad nonaginta in sinistra; a centum reliqua in dextera computabant. Hinc Juvenalis Satyr. 10. vers. 248.

Felix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit, atque suos jam dextra computat annos.

Unde Nestor, cum ultra centum annos vixisset, annos suos dextera computabat. Et D. Hieronymus in Tract. Evang. sent. in Jovinianum scribens ait: *Centesimus numerus de sinistra transfertur in dexteram*. Vide Cœlium Rhodiginum lib. 23. c. 11. & 12.

51 *Concrepuit digitis*. Digitis concrepabant Prisci, ut eo sono loco nutus aut vocis, sine cunctatione majorique imperio præsto adessent qui parere debebant. Hinc & percussio digitorum apud Ciceronem & alios significat quod facili nulloque negotio quicquam obtinemus. Præterea dicitur digitorum crepitus de re nihili & contemnenda, ut est apud Suidam in Sardanapali vita: *Sic & alia quidem humana, quæ non sunt hoc digna, hoc est digitorum crepitu*. Quod & ἀκκὴν Græci dicunt. Vide hac de re Turnebum lib. 20. adv. cap. 13.

56 *Os columnatum Poetæ esse inaudivi barbaro*. Turnebus lib. 2. adv. cap. 28. hæc de Nævio Poeta veteri dici putat, qui ob nimiam licentiam linguæ in principes civitatis, a Triumviris in carcerem conjectus ibi etiam duas Fabulas scripsit *Ariolum & Leontem*, ut Gellius refert lib. 3. cap. 3. Et quia is in scribendo, commentandoque manum mento veluti columnam suffulcire solebat, ideo Plautus jocose *os* ejus *columnatum* vocat. Est qui putat hunc locum esse fœde depravatum, eumque sic refingit.

Nam hoc columnatim posti esse inaudivi barbaro.

Sed oscitans hæc scripsit. Nam plane somnia sunt mera. Porro *ædificare* παρειμιώδως dicuntur illi teste Parco in Mantissa Lex., qui columnam mento suffulciunt; unde dictum *os columnatum*. *Barbarus* vero, ut explicat loco superius laudato Turnebus, pro *Latino* sumitur, qualis erat Nævius. Sed etiam pro quavis non græca gente usurpabatur: unde tritum illud græcanicum: *omnis non græcus, barbarus*.

57 *Bini custodes*. Quinam fuerint hi bini custodes vix conjecturis intelligi potest; adeo hic locus male torsit Criticos. Nam quispiam hic enigmaticum, ut animadvertit etiam Scaliger, scripsit Plautus. Quare jus fasque mihi, interpretari, hosce binos custodes duas fuisse catenas, quæ Poetam illum obtrusum in carcerem custodiebant, & quocum semper accubabant. Huic meæ explicationi præbuit ansam Taubmannus, qui hos binos custodes interpretatur binos canes. Nam veteres *canes* vocabant *custodes*; & contra qui custodiæ præfecti erant, *canes*. *Canem* vero genus esse vinculi nemo paullo humanior ignorat. Hinc *canem ferre*, ut explicat Turnebus lib. 7. adv. cap. 12. est *vinclum esse*. Quare Catullus carm. 23. ver. 17.

Ferreo canis exprimamus ore.

Ubi *canis* a Pareo, & Isaaco Vossio exponitur vinculi genus. Sed alii recen-

recentiores Critici ſecus explicant. Rectius ne. an ſequius videant, eruditi. Quod ad nos attinet apud Pollucem legitur, *Catena quidem ferrea eſt & Catellus*. Tandem Lucillius apud Nonium in voce *collare*:

Cum manicis, Catulo, collarique ut fugitivum
Deportem . . . .

Super hocce Plauti loco aliorum alia eſt conjectura, quam vide ſis apud Taubmannum. Aldus edidit, *quoi vivi cuſtodes*.

Sc. 3. verſ. 39 *Credo hercle has ſuſtollat ædes, &c.* Acidalius hac ſuper re plurima verba congerit Plautus hæc ſcribens ad priſcum alluſit morem, quo ſolebant veteres. cum in homines magnis ſceleribus obſtrictos, tum in eorum ædes animadvertere, ut probare eſt, inquit Gruterus, ex Var., Val. Max., Cic., Liv., Quint., & aliis. Hunc verſum ſic Aldus edidit:

Credo hercle has tollat adeis totas, tollat atque hic crucem.

50 *Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico*. Hic feſtive Plautus ex ambiguo Indit *Victitare lolio* eſt ſibi vitium oculis comparare. Ineſt enim lolio hoc mali, quod oculis caliginem inducat. Unde illud Ovidii ad calcem lib. 1. Triſtium.

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Quare in proverbium iſtuc venit, pro *cæcutientes* eſſe, quos Græci, teſte Nonio apud Manutium, μυώ-πας vocant.

51 *Quia luſcitioſus*. *Luſcitioſus*, *luſcioſus*, & *nuſcitioſus*, *nuſcioſus*, quod & ſcriptum reperitur, idem perinde ſignificant. *Luſcitioſus* eſt ex Feſto, qui interdiu nihil videt, veſpere parum, neque lumine addito ſatis videt, quaſi lucem oderit. Ex hoc loco colligitur, *luſcitioſum* eſſe, qui hebetiores habet oculos propter lolium, quo victitat, ut translationi ac joco Plautino inſiſtamus. Nam continuo Palæſtrio ſubjicit, *tu quidem cæcus, non luſcitioſus*. Hocce oculorum vitio laboraſſe Tiberium ſcribunt hiſtorici.

Sc. 4. v. 6. *Extra portam*. Hic falſi, mea ſententia, ſunt interpretes illi, qui hanc fuiſſe portam Metiam arbitrantur. Nam utique hæc ea porta erat, quæ & Eſquilina dicebatur, extra quam mos erat Romanis, capite damnatos agere in crucem, & cadavera comburere; ſed quoniam Epheſi, non Romæ hujuſce fabulæ agitur ſcena, abſurdum eſt Romanam portam commemorare. Epheſina itaque eſt extra quam actutum Sceledro eundum eſſe minatur Palæſtrio. In more enim poſitum vel Græci iſtuc habuerunt, Caſaubono teſte ad Theophraſtum, ubi ait, non ſolum Athenis, ſed & in aliis urbibus januam unam fuiſſe, quam vocabant. χαρώνειαν θύραν per quam morte plectendi ad ſupplicium rapiebantur

7 *Diſpeſſis manibus &c. Diſpeſſis* pro *diſpaſſis*. Facile *a* in *e* converſa a Plauto. Giſanius enim a *pando* panſum & paſſum recte ab auctoribus dictum contendit. De quo nomine Gellius hæc: Ab eo, quod eſt *pando*, *paſſum* Veteres dixerunt, & cum præpoſitione *expaſſum*, non *expanſum*. Tamen & *panſum*, ut a *ſcando*, *ſcanſum* uſurpatum a Latinis reperitur. Prudentius: *Panſis in altum brachiis*. Vide Lipſium de Cruce.

Sc. 5. verſ. 1. *Epheſiæ Dianæ*. Hæc dea Epheſia dicitur, quia Epheſi maximum & omnium pulcherrimum templum erat ei nuncupatum. De quo hæc Pauſania lib. 4. *Epheſiam autem Dianam & civitates appellant omnes, & privatim viri ex Diis maxime venerantur. In cauſſa eſſe arbitror, & Amazonum gloriam, quæ, ut fama eſt, ſimulacrum dedicarunt: & quod templum hoc antiquiſſimis temporibus ſit extructum. Tria autem poſt hæc laudem cumulant. Magnitudo templi, quod omnia apud omnes homines ædificia excedit: & Epheſiorum florentiſſima civitas, & in ea ſplendor Deæ*. Præterea Epheſus urbs fuit Aſiæ Minoris in ora litoris Maris Ægei poſt excidium Trojæ ab Amazonibus extructa, & a Lyſimacho aucta, eodem Pauſania teſte lib 1.

2 *Ut arabico fumificem odore*. Odor

arabiens eo dicitur, quod Arabia odorum sit ferax, ut, præter Pausaniam, Pomponium Melam, Solinum, testatur Plinius lib 5. cap. 11. quo loci Arabiam vocat odoriferam, divitem. & beatæ cognomine inclytam. Et lib.6. cap. 28. Sibæos Arabum propter tura clarissimos. Porro animadvertunt Critici sermonem hic pene tragicum Philocomasio a Comico affingi; atque hoc propterea factum, quia de rebus divinis, & de tempestatibus turbulentis, quas effugerat, loquitur.

3 *In locis Neptuniis, templisque turbulentis*. h. e. *in mari*. Neptunus enim Deus a Veteribus habitus, maris regnator fuit, ut ipse de se apud Homerum loquitur lib. 15. Illiad.
Trifariam autem omnia divisa sunt:
quisque vero nactus est honorem:
Quippe ego sortitus sum canum mare habitare semper
Motis sortibus...
Qua de re, missis mythologorum nugis, belle Lactantius lib. 1. adversus gentes, cap. 11. *Non igitur a Poetis totum fictum est, aliquid fortasse traductum. & obliqua figuratione obscuratum, quo veritas involuta tegeretur: sicut illud de sortitione regnorum. Ajunt enim Jovi Cælum obtigisse: Neptuno Mare: Inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertium venit? nisi quod in terra res gesta est. Ergo illud in vero est, quod regnum orbis ita partiti sortitique sunt, ut Orientis imperium, Jovi cederet; Plutoni, cui cognomen Agesilao fuit. pars occidentis obtingeret, eo quod plaga orientis, ex qua lux mortalibus datur, superior, occidentis autem inferior esse videatur. Sic veritatem mendacio veluverunt, ut veritas ipsa persuasioni publicæ nihil denegaret. De Neptuni sorte manifestum est, cujus regnum tale fuisse dicitur, quale M. Antonii fuit infinitum illud imperium, cui totius oræ maritimæ potestatem Senatus decreverat, ut prædones persequeretur, ac mare omne pacaret: sic Neptuno maritima omnia obvenerunt.*

Sc. 6. vers. 112. *Illis sortito fuam*. Mirum est quantum variant critici ad hunc locum. Camerarius, ut nos supra exscripsimus, legit, qui cum sentiens Turnebus lib. 7. Advers. cap. 6. sic explicat, *ne mala quadam forte sim absens eis*. Quod Lambinus respuens prætulit, *ne dum absum, illis sortitio fuat*, conaturque probare allusisse Plautum ad sortitiones, quæ in comitiis senatuque fiebant. Lipsius, *nedum absim, multa*, vel *multai sortito fuam*, hoc est, ne multa seu pœna imponatur, quod me senatu abdicarim. Nam mos erat Romanis, Senatori, qui die senatus non adesset, multam dicere, atque consul ius habebat capiendi pignoris. His fere similia habet Pareus, qui in mantissa Lex. annotat, hanc esse venustam Plauti periphrasim verbalis nominis, ut *multæ sortitio* ponatur pro *mulcta*. Accidalius legendum conjicit, *ne dum assum, illi sortiti fuant*; vel ut apud Taubmannum hanc Accidalii sententiam proferentem, *illi in sortito sient*, hoc est, *ne sint illi in ipso actu* sortiendi. Aldus: *illi in sortito siem*. Tandem Salmasius, ut finem faciam, legit, *ne dum absum, illi obsito fuam*, idest, *ne absentia mea illis obstet ad ea, quæ cupiunt facere*. Locus quidem est obscurus, & qui vehementer criticos torsit. Certe sensus est se velle suos congerrones adire; ut vel ipse cum eis, qui esset liberanda mulier, statueret.

Act. 3. sc. 1. vers. 33 *Oppido acheronticus*. Admodum decrepitus, & ita morti proximus, ut ad Acheruntem infernum fluvium sim jam ego nunc e vestigio concessurus.

34 *Tam capularis*. *Capularis*, qui est capulo, seu sepulchro dignus, homo jam exacta ætate. Aldus habet, *tam capulari fumine tibi diu videor vivere*, quasi alluserit Comicus ad Parcarum stamina. Suam sibi lectionem habeat.

64 *Cedo treis mihi, &c.* Sic est explicandum: da mihi tres homines istis moribus præditos, & ego tibi æqui ponderis aurichalcum dabo. *Venire contra auro, aurichalco, &c.* elegans formula latinorum est, metaphora ducta a lance, qua appenditur. Nam quod præponderat,

id contra esse dicitur. Praeterea *aurichalcum* magno in pretio fuisse olim; atque adeo omnibus metallis pretiosius a veteribus habitum, testatur Taubmannus ad illud Curcul. Act. 1. sc. 3.

Cedo mihi contra auricalco, cui ego sono serviam.

Et Servius ad illud Virgilii 12. Æneid.

Ipse dehinc auro squalentem, alboque orichalco.

Ubi vide plura ex Lucretio. Pareus, & Aldus legunt, *contra auricbalco emtas*.

74 *Non cinaedus malacus*. Hanc lectionem cum Taubmanno sequor, quam & Pithoeus, & Lipsius amplectuntur. Lambinus vero mutat, *non cinaedus magis aptus. quam ego*. Aldus autem, *Tum ad saltandum, non cinaedus magis usquam saltat, quam ego*. Hi erant, etiam ex Nonio. juvenes pantomimi & saltatores, quibus non se imparem jactitat senex. Ex quo conjicitur magni fuisse olim artem saltandi. Nam vel eam commendat Lucianus lib. de saltatione, ubi hypotyposi quadam pulcherrima saltantes Lacones describit. *Malacus* porro idem, ac *mollis*, & *delicatus*.

98 *Da quod dem Quinquatribus*. Diebus festis Minervae. Aristoph. in Pace:

Et tibi magna nos Quinquatria agemus Omniaque alia festa Deorum.

Super his vide Bourdinum. & Biscetum. Sosipater notat *Quinquatrus* dici, non *Quinquatria*. Non enim, inquit, dicti sunt quinque dies atri, sed quod quinquatrus antiqui dicebant a *quinquando* idest, *lustrando*; quod eo die arma ancilia lustrari sint solita. Ovid. 2. Fast.

Una dies media est, post fiunt sacra Minervae.

Nomina quae a junctis quinque diebus habent.

His diebus matronae invicem munera missitabant. & ancillis coenas apponebant. De *Quinquatribus*, si plura cupis. vide librum singularem Joan. Meursii, & Rodulphum Hospinianum de Orig. Fest. Ut hoc unum hic addam. fuerunt & *Quinquatrus Minores*. quae Idibus Juniis a tibicinibus personatis celebrabantur in honorem Minervae. Lege Ovid. lib. 6. Fast.

99 *Praecantatrici*. Ita legit Taubmannus, Douza, Pareus. Salmasius putat rectum esse, *praecantrici*. Aldus, *percantatrici*. Camerarius, & Palmerius *precatrici*, quod extat in Vet. cod. Turnebus lib. 2. Advers. c. 29. explicat. ut *praecantatrix* sit mulier, quae cantionibus utitur, hoc est, carminibus, quibus plurimum superstitiosi veteres tribuebant. Porphyrion ad illud Horat. lib. 1. od. 27

Quae saga, quis te solvere Thessalis Magus venenis, quis poterit Deus?

annotat *sagas* esse praecantatrices, quae vel accersere carminibus mala hominibus possunt, vel expellere.

Ibid. *Conjectrici*. Princeps editio Merulae habet, *& lectrici*. Alii legunt, *collectrici*, quae est mulier, Taubmanno teste, quae pietatis & religionis caussa stipem queritat & colligit. Libuit mihi tamen retinere, *conjectrici*, quae ex Turnebo lib. 2. Adv. cap. 19. interpretatur significationem somniorum. Ex quo apparet viros conjectoribus, mulieres conjectricibus usas fuisse, ac sexibus officia artium distincta. Noster in Curcul. Act. 2. sc. 1.

Hac nocte quid ego somniavi dormiens? Pal. *Vah! Solus hic homo' st, qui sciat divinitus.*

Quin conjectores a me consilium petunt.

Ibid. *Hariolae* Donatus ad illud Terent. Phorm. Act. 4. sc. 4. *Gallina cecinit, interdixit hariolus: Hariolus* est, inquit, quasi *fariolus*. a fatis & a fando. *H* enim pro *F* & item *F* pro *H* in multis locutionibus mutabantur. Vel ab halando nomen deducitur. Nam halitu solent harioli excludere velut mortalem animam, ut divinam recipiant. Unde & vocem ejusmodi dabant, quae est *ae*. Quod *ae* sonus exhalandi vim praestat. Itaque *Hariolam* interpretamur, quae divina mente vaticinatur. Saracenus. & Valla ad illud Casinae Act. 2. sc. 6. *Hariolum hunc habeo domi* aliter explicant; quibus non ausculto. Vide Cellarium Orth. Lat. pag. 84.

Ibid. *Haruspicae. Haruspica* mulier, quae extis hostiarum inspectis futura praedicit. *Haruspex*, ait Donatus. loco supra laudato, ab *haruga* nominatur;

Nam *haruga* dicitur hostia ab *hara*, in qua includitur & servatur. *Hara* autem est, in qua pecora includuntur. Servius ab hara, nescio qua augurali avi deducit nomen. Quod minus apte conjectum videtur.

101 *Piatricem*. Ita Taubmannus cum Colero & Grutero legit. *Piatrix* ex Festo dicebatur Sacerdos, quæ expiare erat solita, quam & sagam & simpulatricem vocabant. Nam ut animadverterat Taubmannus, eo die, quo nascebatur infans, lustrico, quoniam nato illi imponebatur nomen, mulierculæ quædam, lustrandi fungebantur munere. Tetigit hunc morem Svetonius, natalem diem Neronis describens cap. 6. *Ejusdem futuræ infelicitatis signum evidens die lustrico extitit. Nam C. Cæsar, rogante sorore, ut infanti ei, quod vellet, nomen daret, intuens Claudium patruum suum, a quo mox principe Nero adoptatus est, ejus se dixit dare*. Hæc tamen non omnium est lectio. Pareus mordicus retinet *Patritam*, hoc est, *ancillam*, quæ a patre est data. Sed eum Taubmannus despuit. Turnebus lib. 2. Adv. cap. 19. existimat emendandum, *patriciam*. Plebejæ enim mulieres patriciis mulieribus dona certis diebus mittebant, ut plebeji viris patriciis. Pluris a me ducitur lectio & explicatio Taubmanni, de qua mulierum superstitone, vide præterea Casaubonum ad Satyr. 2. Persii, & Comment. ad Theophrastum.

102 *Ceraria*. Ea scilicet, quæ cereos ad sacrificiorum solemnitates deferre solebat, ut placuit Douzæ: vel, si Pareo credimus, quæ ad eas patrandas solemnitates cereos facere consueverat. Turnebus lib. 6. adv. cap. 6. *geraria* legendum conjectat, ut *geraria* sit puerorum gerula; cui non dissentit Salmasius. Alii contendunt legendum *cellaria*, mulier scilicet cellæ & penoris custos.

118 *Abducunt ad exta*. Nonnulli legunt, *adducunt*. Sed tota errant via. Nam in principibus latinis auctoribus, *abducere aliquem aliquo, vel ad alium locum* elegantissime dicitur. Quæ loca queritur Pareus fœde fuisse depravata supposito verbo *adducere*. Si exempla poscis, lege Lex. Crit. Parei in *Abducere*, ubi affatim expromuntur. Præterea Comicus noster Sacrificiorum *exta* intelligit, interprete Turnebo. Quæ exta lustralia Virgilius vocat 8. Æneid.

Perpetui tergo bovis & lustralibus extis.

Mos enim fuerat, inquit in hunc locum Servius, completo lustro pingues victimas offerre. Extorum partem Diis reddebant, partem in epulatione comedebant, quibus adhibebantur tantum carissimi. Quemadmodum enim extraneos ad sacra non licebat adhibere, sic neque ad mensas. Quod belle ex Virgilio citato loco eruitur:

Interea sacra hæc, quando huc venistis amici,
Annua, quæ differre nefas, celebrate faventes
Nobiscum, & jam nunc sociorum assuescite mensis.

Nam, ut erudite animadvertit Casaubonus, convivia rem sacram comitabantur. Sin autem aliquando ea celebrare nolebant, ex victimis partes ad amicos mittebant, ut ostendit hic senex ajendo, *si sacrificant dant partem mihi majorem*. Quam consuetudinem ac religionem veterum inspiciendi exta despicatui habitam fuisse a Demosthene scribit Plutarchus, ut annotat Wolfius in Orat. Æschinis contra Ctesiph. pag. 1332. edit. Operum Demosth. & Æsch. Francofurti 1604. ubi hæc Plutarchi verba: *Nihili faciebat* (Demosthenes) *oracula & exta fretus belli copiis & alacritate militum: idque exemplo Periclis & Epaminondæ, qui vanam futilemque Haruspicum superstitionem veluti ignarorum hominum propriam traducere & vellicare solebant*. Vetus superstitio fuit per Aruspices occisarum victimarum exta inspicere ex quibus conjicere, eventus belli, ac futura se posse divinare arbitrabantur. Quem morem attigit Livius lib. 1. Dec. 4 *Cum pronuntiassent Consules, rem divinam rite perfectam esse, & precationi annuisse Deos, Aruspices respondere, lætaque exta fuisse, &*

prolationem finium, victoriamque ac triumphum portendi.

Ibid. *Ad cœnam vocant*. Lippis pene ac tonsoribus, ut dicitur, comperta est consuetudo Veterum, qui semel in die cibum capere solebant, quam cœnam vocabant. Quanquam nonnulli, ut ventri indulgerent, addebant prandium, aut promulsidem, sive, ut appellabant, merendam. Nam prandium, quam proprie cœnam vocabant, antecedebat. Vide Turnebum lib. 1. Adv. cap. 28. Porro *vocare*, Romæ verbum solenne erat in invitationibus convivii. Quod & simpliciter usurpabatur, ut Menæch. act. 2. sc. 3. *Eamus intro, ut prandeamus*.

Men. *bene vocas: tam gratia est*. Hinc *vocatores* appellati servi, quibus id mandatum erat, ut alios ad convivium invitarent.

128 *Varum, valgum, compernem, pætum, broncum*. *Varus*, qui est varis & distortis cruribus. Unde *Varicus* apud Turnebum lib 11. Adv cap. 2. ex Ovidio dicitur, qui longe divaricat crura metiturque grandes passus. *Valgus*, qui diversas habet suras ac talos vitiosos, qui incessus est cancrorum & lacertarum. *Compernis*, qui est longis pedibus, si Nonio credimus: si Festo, qui est genibus, plus justo conjunctis. *Pætus*, qui est oculis leviter declinatis. Pæti oculi aliquando in laude sunt apud Poetas, ut notat Pareus in Lex. *Broncus*, aut *Broccus*, qui est dentibus prominentibus & producto ore.

165 *Offam penitam*. *Penem* Veteres *caudam* vocabant. Unde *offam penitam* dicebant. ut habet Festus Pompejus, *offam porcinam cum cauda* Sic etiam interpretatur Douza. & Pareus. Hujus *penitæ offæ* usus delicatissimus fuit in cœnis puris, quibus cum in casto essent Prisci vescebantur. Alii legunt, *offam porcinam*, quod etiam ferri potest. Nam tria erant præcipua *offarum* genera, *porcina*, *bubula*, *penita*. Sententia tamen criticorum est, de hac tertia locutum fuisse Comicum.

167 *Sed procellunt se & procumbunt dimidiati, dum appetunt*. Horum verborum vim ac sensum gestu magis, quam verbis exprimi posse credam. Varie hic a Philologis legitur, & explicatur. Taubmannus e Mss. legendum putat, *Sed procellunt, sed procumbunt*, ac aptissime ait interpunctum ab Acidalio fuisse versum polito post *dimidiati* commate. Contra Lipsius, *Sed procumbunt & se percellunt, dimidiati dum ap.* Douza in Plantiniana, Pareus, & Lambinus, nec non laudatus Acidalius non *procellunt*, sed *percellunt* legere malunt. Turnebus lib. 7. Adverf. cap. 6. legit, *dimidiatim appetunt*, & ita explicat: *Dimidiatim appetunt* est appetunt grandes bolos, prope dimidiantes ferculum, quod appositum est. Non enim manum ad bucceam injiciunt; sed ut dimidium auferant. Quod plane proprium est bucconum.

172 *Sycophantiam*. *Sycophantia* est dolus Sycophantarum, seu deceptorum, qui fucum faciunt simulantes ea, quæ non sunt. Ne pluribus immorer, de appellatione *Sycophantarum* lege Festum, & græcum carmen Alexidis, atque Athenæum, aliosque Græcos, qui multa de Sycophantis blaterant, quæ fusius prosequitur Jul. Cæs. Scaliger in Probl.

173 *Cæsariatus*. *Coma*, fuit capitis honos, sicut animadvertit etiam Barthius lib. 26. Adv. cap. 27. Hinc Petronius:

Quod solum formæ decus est cecidere capilli,
Vernantesque comas tristis abegit hiems.

Itaque miles, qui sibi mire placebat, & pulchritudinem jactitabat, comtus & cincinnatus ibat tollens tumide cristas. Quare ad id joeose alludens Palæstrio se eum velle ait admutilare. Super his vide etiam Muretum in Catul. Carm. 60.

182 *Itaque Alexandri &c.* Paris, qui etiam Alexander vocabatur, fuit Priami & Hecubæ filius, de quo plura narrantur. Forma eum præstantissimum fuisse vel ex Hectoris probrosis verbis in illum jactis colligere licet. Homerus 3. Iliad.

Nunc autem Hectar conspicatus probrosis verbis:

Infelix Pari, forma præstantissime, effeminate, deceptor.
Et eum sic, veluti infelicem, vellicat, quia raro pulchritudo reperitur virtuti conjuncta, ut ait Theognis a Spondano ad hunc Homeri locum laudatus.
Paucis hominibus virtus & pulchritudo insunt,
Felix qui utrunque est sortitus.

192 *Lautam vis, an quæ n. lauta.* Ambigit de sententia Lipsius. Turnebus lib. 7. Adv. cap. 6. explicat: visne puellam adolescentulam & tenellam, quæ nondum balneis utatur, an grandiusculam & virum expertam, quæ jam publice lavet? Puellæ enim virgines olim non lavabant; mulieres vero Lucinam expertæ multum a partu lavationibus utebantur. Quod Hebræis, etiam id ætatis, usitatum. Eodem fere pacto Taubmannus & Lambinus interpretantur. Quanquam Taubmannus non dubitaret explicari posse, ut *lauta* sumatur pro muliere eleganti & lepida forma, & sequentia verba sint a Plauto jocose addita.

197 *Capite comto, crines vittasque habeat.* De ornatu Matronarum vide Lipsium lib.3. Antiq. Lect., ubi illud Mostel. act. 1. sc. 3. ver. 69.
Soli gerendum censeo morem, & capiundos crines. Interpretatur *capere crines, nubere, & matronam fieri* contra Turnebum lib. 19. cap. 13. cui *capere crines* est blande & amatorie osculandi caussa capillos amatoris prehendere, ut & aures solebant. Vide etiam Parei Lex. in *Crines*.

199 *Est primaria.* Vix assequor, velit ne Plautus Clientam Senis unicam habere ancillam, vel illam inter alias primariam esse ac principem. Verum nec omnes eodem modo legunt. Camerarius, Douza in Plautiniana, & Lambinus, ut vulgatum est. Salmasius e Mss. in quibus est *primicata* conjicit legendum *prime cata*. Nam proclive erat Priscis, *e* in *i* conversa, dicere, *primi, peregri, præfiscini* pro *prime, peregre, præfiscine*. Porro eleganter *prime* pro *egregie, præcipue*, ut illud Nævii.
Acontizomenus est fabula prime proba.

Hinc Taubmannus non ambigeret tenere *primicata*; quod idem sit, ac *in primis cata*, sive *cauta*. Quo fere concedit in sententiam Salmasii. Pareus in prima edidit *primita*, h. e. *primaria*, inquit in Lex., vel est nomen proprium ancillæ: in secunda desultorem agens, *primicata*, explicatione ea, quam retulimus. Petrus Valla legit *privita* idest *unica*. Nec insulse plane meo animo. Nam *privam*, ut Agellius, Nonius & Festus testantur, significat *unicam*, *solum*. Hinc factum *privilegium*. Vide etiam Lex. Lucret. Danielis Parei.

Act. 3. sc. 2. vers. 11. *Demisit nardini, n. a. cellarius.* Critici pene omnes vocem *vini*, quam addunt nonnulli, tollendam omnino putant. Porro quod Lambinus arbitratur pro *demisit* legendum *deprompsit*, jure ac merito gerras germanas vocat Taubmannus & liras liras. Cum Douza itaque legi debet, *demisit*; eo quod ex veteri more cadi, dolia, amphoræque cortice & pice superne obstrictæ, signoque herili obsignatæ in editiori vinariæ loco collocabantur. Quamobrem necessum erat, si quis *corticem obstrictam pice*, ut ait Horatius, *dimovere cuperet*, de summo petere. Unde hic apte Comicus *demisit*, h. e. deorsum misit e loco, in quo erat amphora posita. Acidalii eo inclinat sententia, ut præferendum sit
. . . . tetigit calicem, clanculum,
Demsit nardini unam amphoram cellarius.
Quem sequitur Pareus. Præterea *nardinum vinum* erat nardo & unguento conditum, quod bibere in deliciis habebant veteres. Aristophanes in Ranis:
Dionyse bibis vinum non odoriferum,
Quibus verbis hæc consuetudo veterum odoriferum bibendi vinum clariori in lumine collocatur. Vide Theophrastum lib. de odoribus, & Turnebum lib. 7. Adv. cap. 6.

30 *Delices.* Sic edidit Taubmannus. Scioppius, *dedices*, idest *dicas*, *affirmes*. Ita etiam Pareus, qui in Lex. explicat *dedicare* esse *affirmare*, *asseverare*, *adserere*. Ajunt Gifanius

& Fruterius *delices* eadem notione dici, ac *dedices*. Legitur etiam a quibusdam *dectites*. *Delices* idem esse eum *prodere*, *indicare* duobus locis monuit Nonius. ut Boxhornius quoque animadvertit in Glossario Papiæ, ubi *delicare* est *deferre*. Præterea Aldus hæc verba Palæstrioni tribuit; rectius tamen hic loquitur Puer, quam Palæstrio.

37 *Casabant cadi*. *Casabant*, h. e. *nutabant*, a cadendo dictum. Alii legunt, *quassabant*. Sed istuc ferri non potest, ait Taubmannus cui suffragatur Turnebus lib. 2. adv. c. 29, & Pareus in Lex. Hujusce lectionis exemplum est illud Poetæ veteris. *Risi egomet mecum casabundum ire ebrium*. Quod adnotavit etiam Douza.

Act. 4. sc. 1. vers. 41. *Pithecium hæc est præ illa, & Spinturnicium*. *Pithecium* est *simiola* græcanico more. *Spinturnicum*, est avis mali ominis, deformis & inauspicata, dicta etiam, teste Pareo in Lex., *ambustanea* & *incendiaria*. quia de busto seu rogo carbones in tecta deferre solebat, ac incendium portendere. De his vide, si placet, Turnebum lib. 2. Adverſ. cap. 29. & Cœlium Rhodiginum lib. 14. Antiq. Lect. cap. 8.

Sc. 2. ver. 1. *Jam ne est ante ædis circus, ub sunt ludi faciendi mihi*. Lipsius, Camerarius, Scaliger, Pareus legunt, *ubi sunt ludificandi mihi*. Quanquam Lipsius prætulerit, *Jam ne est ante ædes hircus, qui est ludificandus mihi*, quasi carpat ancilla senem. Senes enim *hircos* per contumeliam vocabant. ut habetur ex Menæch. Act. 5. sc. 2. Acidalius, Casaubonus. Taubmannus probant vulgatam, a qua non dissentit ipse Pareus, qui in Lex. citans hunc locum annotat *ludos facere alicui*. Sed hi sine interrogatione legunt. Lambinus vero cum interrogatione. Ceterum & Palmerius, & Gruterus retinent. *circus*. Alluditur nempe ad ludos circenses. ut habet Noster in fragm. Cornicularix,

Quid cessamus ludos facere? Circus noster ecce adest.

Plures erant *circi* (loci hi erant muris septi, ludisque destinati) pluresque in iis ludi fiebant, quos omnes si autumem, nimis longus sermo sit. Vide Rosinum Antiq. Rom. & Panvinium, qui diserte de ludis circensibus scribit.

5 *Qui de vesperi vivat suo*. His verbis significasse Plautum *grassatores nocturnos*, conjectura fuit Durantii; quasi jocose Plautus loco proverbii sit usus *vesperi suo vivere* pro furtis suis sibi vitam parare, ac de rapto vivere. Hinc illud Horatii Saty. 1.

Fallacem circum, vespertinumque pererro sæpe forum ......

quem locum Acron, & Porphyrion accipiunt de Suburra majore, in qua furtivæ res vesperi venundabantur. Quos homines metuebat ancilla, ne qua injuria ab ipsis afficeretur, neve heræ impedimento forent, dum ex una in aliam domum commigraret. Paullo secus explicat hæc Lipsius ad Annal. Taciti, teste Pareo in Mantissa Lex. ubi de plautinis proverbiis. Tamen longe aliter sentit super his Lambinus, cui omnino suffragatur Gronovius. *Qui de vesperi vivit suo* est, inquit, qui sua quadra vivit, nec victum sibi labore comparat, nec stipem quæritat. *Vesper* pro *cæna* sumitur, ait laudatus Lambinus, quia veteres vesperi cœnabant. Quod ego sane apertissime colligo ex illo Rudentis, Act. 1, sc. 2.

Si tu de illarum cænaturus vesperi es.

10 *Hujus sermones haud cinerem quæritant*. Gronovius legit, *huius sermo nos, haud cineres quæritat*. Gruterus in ult. *hujus sermo haud cinerem quæritat*. Obscurum hunc Plauti locum sic explicat Th. Siberus, *non querunt cinerem*, h. e. quo eluantur & nitidentur; quippe jam ex sese sunt lauti splendidi minimeque obscuri. Loquitur enim laute & splendide, ut miles subjicit. Quæ quidem interpretatio & Gronovio placet, nec Taubmanno displicet, & Pareo, ac Acidalio probatur. Translatio est ab ea consuetudine, qua cinere fere solent expoliri vasa ex aurichalco. Plinius vocat cinerem lixivam, ut annotat Turnebus lib. 17. adv. c. 14. Porro Junius, & Paullus Manutius *cinerem quærere* inter adagia recensent, sed illud secus, ac Siberus, explicant.

69 *Talentum Philippum*, h. e. insignitum imagine Philippi Regis Macedonum. Quod aurum olim in magno pretio habebatur. Mitto de talento dicere, de quo, sis, vide Gronovium de pecunia veteri, Lipsium, Budæum, Erasmum, & alios. Vetustissimum fuit talentum, ac primum massa quædam rudis, ut testatur P. Lamy in Apparat. Biblic. Deinde varium secundum varias nationes fuit. Quin etiam Servius minimi pretii fuisse talentum non inepte probat ex lib. 23. Iliad. Homeri, ubi Poeta ludos funebres Patrocli, & præmia ordinatim describit, quorum quartum erat duo auri talenta.

Act. 4. sc. 4. v.4. *Non sum dignus &c.* Proverbium est, ait Pareus in Mantissa Lex., quod de eo dicitur, qui in arte aliqua primas alteri cedit, ac se longe imperitiorem fatetur. Tantum abest, inquit Palæstrio, ut ego sim architectus, ut ne palum quidem in parietem figere sciam, quod & imperitissimi est.

42 *Culcitam ob oculos laneam*. *Culcitæ* proprie sunt, ut adnotat Scaliger, tomenta ex ciliciis & pilis, sic ab inculcando vocatæ. Usus earum est, ex Turnebo, ut culcitæ lectis imponantur, & culcitis instragula, quibus incubant homines operimentis obducti. Vide eum lib. 7. adv. c. 22. Parvæ etiam culcitæ ob oculos ponebantur, ut ex hoc loco apparet. Qui laneum panniculum oculis prætendebant, vocabantur *lanoculi*, auctore Festo his verbis: *Lanoculus qui lana tegit oculi vitium*.

43 *Thalassicus'st*. Idest ceruleus, marinus, fluctibus maris similis. v. Voss. in *Venetus*. Plautus alibi. *Nescio, quis tecum incedit, ornatu quidem thalassico*.

Sc 6. vers. 32. *Phaoni Lesbio*. Phaon, quem Sapphus deperiit. De qua Suida: *Sapphus Lesbia ex Mitylene. Hæc propter amorem Phaonis Mitylenæi ex Leucate se se in mare præcipitem dedit*. Cujus perditus amor fusius Epist. 15 Heroid. ab Ovidio narratur. V. Strab. l. 10., & Scaliger in Ausonii edyll. VI.

Act. 4. sc. 8. v. 29 *Familiaris*. Alloquitur, ut explicat Lambinus, & salutat *Larem familiarem*. Cui explicationi consentit Douza, & alii. *Lares* erant umbræ Majorum. Nam Apulejus scribit. animum, cum ex corpore migravisset, veteres vocasse *Lemurem*; qui si propter adversa vitæ merita nullis bonis sedibus in terra consistebat, terriculamentum erat hominibus, & *Larva* appellabatur; si vero posteriorum suorum curam sortitus pacato & quieto numine domum possidebat, *Lar Familiaris* dicebatur. Ex eo autem religio quædam imbuit animos colendi *Lares* in domo, ut ostendit Servius, quia homines apud Majores in suis domibus sepeliebantur, quos pro Diis colere & venerari cœperunt. Hinc etiam securitatem in *Lare* quærebant supplices, teste Spondano in lib. 7. Odyss. Hom. tanquam ii, qui ad aram confugiunt.

LA FUNE
DI PLAUTO.

RUDENS.

ARGUMENTUM.

Reti piſcator de mari extraxit vidulum,
Ubi erant herilis filiæ crepundia,
Dominum ad lenonem quæ ſurrepta venerat.
Ea in clientelam ſuipite imprudens patris
Naufragio ejecta devenit: cognoſcitur,
Suoque amico Pleuſidippo jungitur.

DRAMATIS PERSONÆ.

Arcturus, prologus.
Sceparnio, ſervos.
Pleusidippus, adoleſcens.
Dæmones, ſenex.
Palestra, (
Ampelisca, (mulieres.
Sacerdos, anus.
Piscatores.
Ttrachalio, ſervos.
Labrax, leno.
Charmides, paraſitus.
Lorarii.
Gripus, piſcator.

LA FUNE.

ARGOMENTO.

Un pescatore colla rete trasse
Dal mar una valigia, in cui rinchiusi
Erano arnesi di trastullo e riso
Della figliuola del padron rapita,
E data in preda a reo mezzano indegno.
D'un naufragio mercè, del padre ignara
Ritorna in libertà: è conosciuta,
Indi s'accoppia a Pleusidippo amante.

INTERLOCUTORI.

ARTURO, *prologo.*
SCEPARNIONE, *servo.*
PLEUSIDIPPO, *giovine atteniese amante di Palestra.*
DEMONE, *padre di Palestra atteniese.*
PALESTRA, *figliuola di Demone, e di Dedale.*
AMPELISCA, *donzella.*
PTOLEMOCRAZIA, *sacerdotessa di Venere.*
PESCATORI, *anonimi.*
TRACALIONE, *servo di Pleusidippo.*
LABRACE, *mezzano di Cirene.*
CARMIDE, *parassito.*
AGUZZINI.
GRIPO, *pescatore.*

La traduzione è del Sig. Ab.e Domenico Ferri.

PROLOGUS.

ARCTURUS.

Qui gentes omnes, mariaque & terras movet,
Ejus ſum civis civitate cælitum.
Ita ſum, ut videtis, ſplendens ſtella candida,
Signum quod ſemper tempore exoritur ſuo,
Hic atque in cælo. nomen Arcturo eſt mihi. 5
Noctu ſum in cælo clarus, atque inter deos:
Inter mortales ambulo interdius.
Et alia ſigna de cælo ad terram accidunt.
Qui eſt imperator divûm atque hominum Juppiter,
Is nos per gentis alium alia diſparat, 10
Hominum quî facta, mores, pietatem & fidem
Noſcamus; ut quemque adjuvet opulentia:
Qui falſas lites falſis teſtimoniis
Petunt; quique in jure abjurant pecuniam;
Eorum referimus nomina exſcripta ad Jovem. 15
Cotidie ille ſcit, quis hîc quærat malum.
Qui hic litem adipiſci poſtulant perjurio,
Mali res falſas qui impetrant apud judicem:
Iterum ille eam rem judicatam judicat,
Majore multâ multat, quam litem auferunt. 20
Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet.
Atque hoc scelesti in animum inducunt ſuum,
Jovem ſe placare poſſe donis, hoſtiis.

4 *Signum quod ſemper &c.* De Arcturi ortu diſſident Columella, & Plinius. Prior lib. 11. cap. 2. *Nonis ſeptembris Arcturus exoritur.* Poſterior lib. 2. cap. 47. *Sidus Arcturi quod exoritur undecim diebus ante æquinoctium autumni.* Signat videlicet Septembris diem aut 12. aut 13.; nam æquinoctium autumnale contigit aut 23. aut 24. ejuſdem menſis. Verum de his fuſius Aſtronomi.

21 *Bonos in aliis tabulis &c.* Binas hic apud Plautum. Juppiter habet tabulas, quemadmodum binas lances, apud Virgilium Æneid. lib. 12. verſ. 725.
Juppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet, & fata imponit diverſa duorum: &c.

PROLOGO.

ARTURO.

Abitator della cittade io ſono
Ov' hanno ſede i Numi, ed il ſupremo
Della terra, del mar, e de' mortali
Grande motor. Son io, qual mi vedete,
Fulgida ſtella, che ne' dì preſcritti
Spunta nel cielo, e qui: ſon detto Arturo.
Splendo di notte in cielo, e tra gli Dei;
E mi diporto tra' mortali il giorno.
Scendon dall' alto anche altre ſtelle a terra.
Quegli, che ai Numi impera ed alle genti
Ci divide tra popoli diverſi,
Onde i coſtumi ne apprendiamo e l'opre,
La pietade, e la fede; e come ognuno
Ricco diventi: di color, che vaghi
Sono di litigar contro ogni dritto
Affidati a' ſpergiuri uomini e rei;
E di color, che di giuſtizia al ſeggio
Addoti niegan ſpergiurando ognora
Di poſſeder roba o denaro altrui,
Vergati i nomi preſentiamo a Giove.
Egli ſa ciaſcun dì, chi merti pena;
E chi pretende con ſpergiuro labbro
Di guadagnar la lite, e quei che ingiuſte
Ottengono dal giudice ſentenze:
Egli a diſaminar di nuovo prende
La cauſa, e la decide, e ingiunge pena
Maggior del frutto, che la vinta lite
Apporti al vincitor. Serba de' buoni
In altre tavolette i nomi inciſi.
E credon gli empj di poter con doni

Et operam & ſumtum perduunt: id eo fit, quia
NIHIL EI acceptum eſt a perjuris ſupplicii. 25
FACILIUS, ſi qui pius eſt, a dis ſupplicans,
Quam qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.
Iccirco moneo vos ego hæc, qui eſtis boni,
Quique ætatem agitis cum pietate & cum fide,
Retinete porro; poſt factum ut lætemini. 30
Nunc, huc qua cauſſa veni, argumentum eloquar.
Primum dum huic eſſe nomen urbi Diphilus
Cyrenas voluit. illic habitat Dæmones
In agro atque villa proxuma propter mare,
Senex, qui huc Athenis exſul venit, haud malus. 35
Neque is adeo propter malitiam patria caret:
Sed, dum alios ſervat, ſe impedivit interim:
Rem bene paratam comitate perdidit.
Huic filiola virgo periit parvola,
Eam de predone vir mercatur peſſumus. 40
Is eam huc Cyrenas leno advexit virginem.
Adoleſcens quidam civis hujus Atticus
Eam vidit ire e ludo fidicino domum.
Amare occœpit: ad lenonem devenit,
Minis triginta ſibi puellam deſtinat, 45
Datque arrhabonem, & jurejurando alligat.
Is leno, ut ſe æquum eſt, flocci non fecit fidem:
Neque, quod juratus adoleſcenti dixerat.
Ei erat hoſpes, par illius, Siculus, ſenex
Sceleſtus, Agrigentinus, urbis proditor: 50
Is illius laudare infit formam virginis,

33 *Cyrenas*. Cyrenæ urbs Libiæ, a Batto condita. Hic Laſerpitium herba provenit; unde Cyrenæ Laſerpitiferæ vocantur a Cat. De hac Ptolom. Strab. Plin. & al.

50 *Agrigentinus*. Agrigentum urbs Siciliæ in ora auſtrali ad oſtia Agragantis fluvii, quondam maximæ urbium ſicularum. Adeo ampla fuit, ut 800.m. incolarum haberet.

51 *Infit*. h. e incipit. Sic infra: *infit lenoni ſuadere &c.*

Giove placar e sacrificj e voti:
Ma perdon l' opra, e gittan l' oro in vano;
E questo avvien, perchè degli spergiuri
Niun atto di pietade è accetto a lui.
Uom pio, che prega dagli Dei perdono
Conseguirà più facile del reo.
Per tanto voi, che religiosi siete,
Siate nella pietà fermi e costanti;
Onde v' innondi poi la gioja il core.
Or vi dirò per qual cagion qui venni.
Primieramente di Cirene il nome
Diede a questa città Difilo; dove
In una villa presso al mar soggiorna
Demone, un vecchio non maligno, o tristo,
Ch' esul qui venne dalla greca Atene.
Nè per sua colpa è della patria in bando:
Ma mentre giova altrui nocque a sè stesso;
Perchè troppo gentil, troppo cortese
Scemo rimase degli averi suoi.
Smarrì questi una figlia in fresca etade,
Cui da un tristo ladron un uomo tristo
Comprò, e condusse appunto qui in Cirene.
Un giovinetto della patria istessa
La vide mentre si recava a casa
Dalla scuola di suon. L' amò: col prezzo
Di trenta mine compra la fanciulla
Dal rio mezzan; con giuramento e pegno
Obbliga il venditor: ma quegli oprando
Giusta il suo stil, e l' indol sua perversa
Pose in non cale e giuramento, e fede.
Ospite suo di simili costumi
Era un vecchio malvagio di Gergenti
Della cittade traditor. Costui
Commenda la beltà della fanciulla,

Et aliarum itidem, quæ ejus erant mulierculæ.
Infit lenoni ſuadere, ut ſecum ſimul
Eat in Siciliam: ibi eſſe homines voluptarios
Dicit: poteſſe ibi fieri eum divitem: 55
Ibi eſſe quæſtum maxumum meretricibus.
Perſuadet. navis clanculum conducitur.
Quidquid erat, noctu in navem comportat domo
Leno: adoleſcenti, qui puellam ab eo emerat,
Ait ſeſe Veneri velle votum ſolvere. 60
Id hic eſt fanum Veneris, & eo ad prandium
Vocavit adoleſcentem huc. ipſe hinc illico
Conſcendit navem, avehit meretriculas.
Adoleſcenti alii narrant, ut res geſta ſit:
Lenonem abiviſſe. ad portum adoleſcens venit: 65
Illorum navis longe in altum abſceſſerat.
Ego, quoniam video virginem aſportarier,
Tetuli ei auxilium & lenoni exitium ſimul:
Increpui hibernum, & fluctus movi maritimos.
Nam Arcturus ſignum ſum omnium acerrumum: 70
Vehemens ſum exoriens: cum occido, vehementior.
Nunc ambo in ſaxo, leno atque hoſpes, ſimul
Sedent ejecti: navis confracta eſt ibus.
Illa autem virgo, atque altera itidem ancillula,
De navi timidæ deſiluerunt in ſcapham. 75
Nunc eas ab ſaxo fluctus ad terram ferunt,
Ad villam illius, exſul ubi habitat ſenex,
Quojus deturbavit ventus tectum & tegulas.

54 *Ibi eſſe homines voluptarios*. De Sicculorum luxuria, & libidine; vide Athenæum.

Car. *Foss' io stato quel dì stretto in catene,*
Quando al tuo tetto m' hai condotto! io prego
Gli eterni Dei, onde abbi sempre teco
Finchè tu vivi, ospiti a te simili.
Labr. *Con te mi trassi la ria sorte in casa.*
Ah! perchè, scellerato, io t' ascoltai?
Perchè partii, perchè la nave io salsi?
Ove il miglior perdei! Car. *Io non stupisco*
Se a te s' infranse il legno, il qual recava

Scelus te, & ſceleſte parta quæ vexit bona.
*Labr.*Peſſum dediſti me blandimentis tuis.
*Char.*Sceleſtiorem cœnam cœnavi tuam,
Quam quæ Thyeſtæ quondam antepoſita eſt, & Tereo *. 25
*Labr.*Perii, animo male ſt, contine, quæſo, caput.
*Char.*Pulmoneum ædepol nimis velim vomitum vomas.
*Labr.*Eheu Palæſtra atque Ampeliſca! ubi eſtis nunc?
*Char.*Piſcibus in alto, credo, præbent pabulum.
*Labr.*Mendicitatem mihi obtuliſti opera tua, 30
Dum tuis auſculto magnidicis mendaciis.
*Char.*Bonam eſt quod habeas gratiam merito mihi,
Qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea.
*Labr.*Quin tu hinc is a me in maxumam malam crucem.
*Char.*Eas! eaſque res agebam commodum. 35
*Labr.*Eheu! quis vivit me mortalis miſerior!
*Char.*Ego multo tanto miſerior, quam tu, Labrax.
*Labr.*Quî? *Char.* quia ego indignus ſum, tu dignus, qui ſies.
*Labr.*O ſcirpe, ſcirpe! laudo fortunas tuas,
Qui ſemper ſervas gloriam aritudinis. 40
*Char.*Equidem me ad velitationem * exerceo:
Nam omnia coruſca præ tremore fabulor.
*Labr.*Ædepol, Neptune, es balneator frigidus:
Cum veſtimentis poſteaquam abs te abii, algeo.
Ne thermopolium* quidem ullum inſtruit: 45
Ita ſalſam præbet potionem & frigidam.
*Char.*Ut fortunati ſunt fabri ferrarii,
Qui apud carbones aſſident! ſemper calent.
*Labr.*Utinam fortuna nunc anatina* uterer,
Uti, cum exiviſſem ex aqua, arerem tamen!
*Char.*Quid, ſi aliquò ad ludos me pro manduco * locem? 51
*Labr.*Quapropter? *Ch.* quia pol clare crepito dentibus.

Beni, che, iniquo, iniquamente hai colti.
Labr. *M' hai rovinato colle tue lusinghe.*
Car. *Teco a mensa cenai più cruda ed empia*
Della imbandita a Tereo e Tieste.
Labr. *Ahimè! di grazia, mi sostieni il capo.*
Car. *Vorrei che vomitassi anco il polmone.*
Labr. *Ahi! Palestra, Ampelisca ove ora siete?*
Car. *Saranno esca de' pesci in fondo al mare.*
Labr. *Tu mi rendesti povero e mendico,*
Poichè ascoltai le vane tue menzogne.
Car. *Tu mi dei ringraziar, che da scipito*
Salso per opra mia sei divenuto.
Labr. *Che al malanno non vai?* Car. *Va pure! appunto*
Ciò meditava, e m' era accetto e grato.
Labr. *Deh, chi vive di me più sventurato!*
Car. *Ed io ben più di te sono infelice.*
Labr. *Come?* Car. *Perch' io innocente, e tu sei reo.*
Labr. *Oh silfio, silfio, la tua sorte io lodo,*
Ch' arido ti conservi in mezzo all' onda!
Car. *Io m' esercito a facile certame;*
Mentre tremoli accenti tremolando
Scolpisco ognor. Labr. *Invero sei, Nettuno,*
Gelido bagnajuolo; anche vestito
Poichè da te sono partito, io gelo;
Nè alcuno appresta acconcio albergo; oh quale
Salsa egli porge e gelida bevanda!
Car. *Quanto i ferrai son fortunati, ognora*
Che stan vicini al fervido carbone!
E però caldi ognor. Labr. *Volesse il cielo,*
Che all' anitre simil dall' onda uscito
Innaridissi appien! Car. *Che mai saria*
Se in qualche sito io mi locassi ai ludi
Per larva spaventevole e tremenda?
Labr. *Per qual cagion?* Car. *Perchè suono co' denti.*

Jure optumo me laviſſe arbitror.

Labr. Quî? *Char.* quia auderē tecum in navē aſcendere,
Qui a fundamento mihi uſque moviſti mare. 55

Labr. Tibi auſcultavi, tu promittebas mihi
Illic eſſe quæſtum maxumum meretricibus;
Ibi me corruere poſſe ajebas divitias.

Char. Jam poſtulabas te, impurata belua,
Totam Siciliam devoraturum inſulam. 60

Labr. Quænam balæna meum voravit vidulum,
Aurum atque argentum ubi omne compactum fuit?

Char. Eadem illa, credo, quæ meum marſupium,
Quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

Labr. Eheu! redactus ſum uſque ad hanc unam tuniculam, 65
Et ad hoc miſellum pallium. perii oppido!

Char. Vel conſociare mihi quidem tecum licet:
Æquas habemus partes. *Labr.* ſaltem ſi mihi
Mulierculæ eſſent ſalvæ! ſpes aliquæ forent.
Nunc ſi me adoleſcens Pleuſidippus viderit, 70
A quo arrhabonem pro Palæſtra acceperam,
Jam ſe exhibebit hic mihi negotium.

Char. Quid, ſtulte, ploras? tibi quidem ædepol copia'ſt,
Dum lingua vivet, quî rem ſolvas omnibus.

ACTUS II. SCENA VII.

SCEPARNIO. CHARMIDES. LABRAX.

Scep. QUID illuc, obſecro, eſt negotii, quod duæ mulierculæ
Hic in fano Veneris ſignum flentes amplexæ tenent,
Neſcio quem metuentes miſeræ? nocte hac vero proxuma

Ben a ragion naufrago mi cred' io.
Labr. *Come?* Car. *Perchè salire osai la nave*
Con teco rea cagion della burrasca.
Labr. *A te fede prestai, mi promettesti*
Farsi colà grandissimo guadagno
Colle libere femmine; e dicevi
Poterst ivi adunar ricchezze assai.
Car. *Tu ti credevi, impura bestia e stolta,*
Tutta di divorare la Sicilia.
Labr. *Qual balena ingojò la mia valigia,*
In cui raccolto era l' argento e l' oro?
Car. *La stessa, che la piccola mia borsa,*
La qual piena d' argento era rinchiusa
Dentro la grande. Labr. *Ahimè, solo mi resta*
Quest' unica gonnella, e questo solo
Miserevol tabarro! io son perduto!
Car. *Ben possiam riputarci in sorte eguali.*
Labr. *Fossero salve le donzelle almeno!*
Qualche speranza avrei. Ora se mi vede
Pleusidippo, dal qual caparra avea
Già ricevuto per Palestra, certo
Egli mi recherà molestia e pena.
Car. *Folle, che piangi? tu ben puoi, per Dio,*
Finchè la lingua avrà vigore e forza,
Spiegar inorpellando a tutti il fatto.

ATTO II. SCENA VII.

SCEPARNIONE, CARMIDE, LABRACE.

Scep. *OND' è che due donzelle afflitte e grame*
Di Venere abbracciate al simolacro
Qui stan nel tempio di spavento piene,
Non so per chi? poi nella scorsa notte

Se jactatas atque ejectas hodie esse ajunt e mari.

Labr. Obsecro hercle, adolescens, ubi istæc sunt, quas memoras, mulieres? 5

Scep. Hic in fano Veneris. *Labr.* quot sunt? *Scep.* totidem quot ego & tu sumus.

Labr. Nempe meæ. *Scep.* nempe nescio istuc. *Labr.* qua sunt facie? *Scep.* scitula.

Vel ego amare utramvis possim, si probe appotus siem.

Labr. Nempe puellæ? *Scep.* nempe molestus es: vise, si lubet. 9

Labr. Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides.

Char. Juppiter te perdat, & si sunt, & si non sunt tamen.

Labr. Intro rumpam jam huc in Veneris fanum. *Char.* in barathrum mavelim.

Obsecro, hospes, da mihi aliquid, ubi condormiscam, loci.

Scep. Istic ubi vis condormisce: nemo prohibet, publicum est.

Char. At vides me, ornatus ut sim vestimentis uvidis:

Recipe me in tectum, da mihi vestimenti aliquid aridi, 16

Dum mea arescunt: in aliquo tibi referam gratiam.

Scep. Tegillū eccillud mihi unū arescit: id si vis, dabo:

Eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluvit.

Tu istæc mihi dato: exarescunt faxo. *Char.* eho! an te pœnitet, 20

In mari quod elavi, ni hic in terra iterum eluam?

Scep. Eluas tu an exungare, ciccum * non interduim.

Tibi ego numquam quidquam credam, nisi accepto pignore.

Tu vel suda, vel peri algu. vel tu ægrota, vel vale:

Barbarum hospitem mihi in ædeis, nihil moror; sat litium est.

Raccontano d' aver sofferto in mare
E tempesta e naufragio. Labr. *In grazia dimmi,*
O garzone, ove son queste donzelle?
Scep. *Di Venere nel tempio.* Labr. *E quante sono?*
Scep. *Altrettante che noi.* Labr. *Sono le mie.*
Scep. *Ciò non intendo.* Labr. *Quale è il loro aspetto?*
Scep. *Vago e gentile.* Labr. *Dunque son donzelle?*
Scep. *Ma tu mi secchi: va in buon' ora, e mira.*
Labr. *Certo, Carmide mio, son le mie donne.*
Car. *Sieno desse, o non sien vanne al malanno.*
Labr. *Entrerò qui di Venere nel tempio.*
Car. *Piuttosto nell' abisso. Ospite, in grazia*
Per riposar concedimi un albergo.
Scep. *Qui dormi ovunque vuoi: niuno tel vieta;*
Pubblico è il loco. Car. *Vedi tu com' io*
Sono d' umide vesti ricoperto?
M' accogli in casa, e alcun arido ammanto
Porgimi in tanto che si asciuga il mio:
In qualche occasion ti sarò grato.
Scep. *Ho solo questa vile gonna asciutta:*
Se tu la brami, è tua: con essa io soglio
Dal sole e dalla pioggia esser difeso.
Dammi tu questa, ed io farò che asciughi.
Car. *Olà! forse ti duol che in mar mi sia*
Bagnato, s' anco non mi bagno in terra?
Scep. *Se t' ungi, o se ti bagni a me che importa?*
Nulla ti affiderò se non con pegno.
Tu suda o gela, o sii tu infermo o sano
Alcun straniero presso me non voglio:
Abbastanza ci son contese e liti.
Car. *Ancor non vai? colui chiunque sia*
Uno è di lor, che vendono gli schiavi;
No, pietoso non è: ma che infelice
Molle d' acqua so qui? perchè non entro

D iv

Char. Jamne abis? venales illic ductitavit, quisquis est:
Non est misericors. sed quid ego hic asto infelix, uvidus?
Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut edormiscam hanc crapulam,
Quam potavi præter animi, quam libuit, sententiam. 29
Quasi vinis Græcis Neptunus nobis suffudit mare:
Itaque alvom prodi speravit nobis salsis poculis.
Quid opu' st verbis? si invitare nos paullisper pergeret,
Ibidem obdormissemus: nunc vix vivos amisit domum.
Nunc lenonem, quid agit intus, visam, convivam meum.

Di Venere nel tempio, onde col ſonno
L'ubbriachezza digerir bevendo
Mio malgrado acquiſtata; appunto come
Se di greci liquor l'onda marina
Miſchiata aveſſe il Dio Nettun, ſperando
Di opprimerci così con ſalſi umori.
Che giovan più parole? in mar dormiva,
Se qualche altro bicchier meſceami ancora:
Appena vivi or ci rimanda a caſa.
Veggiamo in tanto che ſi fa là dentro
Il mio compagno del convito iſteſſo.

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

DÆMONES.

MIRIS MODIS dî ludos faciunt hominibus,
Mirisque exemplis somnia in somnis danunt.
Ne dormientes quidem sinunt quiescere.
Velut ego hac nocte, quæ præcessit, proxuma
Mirum atque inscitum somniavi somnium. 5
Ad hirundininum nidum visa est simia
Ascensionem ut faceret admolirier:
Neque eas eripere quibat inde. postibi
Videbatur ad me simia aggredirier,
Rogare, scalas ut darem utendas sibi. 10
Ego ad hoc exemplum simiæ respondeo,
Natas ex Philomela atque ex Progne esse hirundines.
Ago cum illa, ne quid noceat meis popularibus.
Atque illa animo jam fieri ferocior,
Videtur ultro mihi malum minitarier. 15
In jus vocat me. ibi ego nescio quomodo
Iratus videor mediam arripere simiam:
Concludo in vincla bestiam nequissumam.
Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium,
Nunquam hodie quivi ad conjecturam evadere. 20
Sed quid hic in Veneris fano
Clamoris oritur! animus mirat.

12 *Natas ex Philomela atque ex Progne*. Philomela & Progne Pandionis Athen. regis filiæ. Philomela in luscinam, Progne in hirundinem versa est: nota est fabula. Quod autem hirundines ex Philomela & Progne natas esse dicit, cum ex Progne tantum natas dicere debeat, non est quod laboremus.

13 *Popularibus*. Populari as in omnis rei consortium sumitur, inquit Donatus. Interdum pro cive, municipe, & ejusdem patriæ. Terent. Adelph. act. 2. sc. 1. *Obsecro populares, ferte misero, atque innocenti auxilium*. Item popularis dicitur de eo qui est ejusdem generis, conditionis, & fortunæ. Terentius Phorm. *Amicus summus meus, & popularis Geta*: erat enim & ipse servus.

ATTO TERZO

SCENA PRIMA.

DEMONE.

I numi in guiſe ſtrane de' mortali
Si prendon gioco, e mandan ſogni ſtrani;
Tal che neppur nel ſonno abbian ripoſo:
Siccome avvenne a me la ſcorſa notte,
In cui ſognai mirabil coſa arcana.
Parvemi di vedere una bertuccia,
Che facea sforzi di ſalir a un nido
Di rondinelle; ma che non potea
Quindi involarle: poi ver me venire
Parevami la ſcimia, e con preghiere
Da me chieder la ſcala. Io quindi a lei
Così riſpondo: che da Filomela,
E da Progne le rondini ſon nate.
Con lei m' adopro, affinchè laſci illeſe
Le mie concittadine: e quella in core
Divien più fiera, ed ancor me minaccia.
In giudizio mi chiama: ivi mi ſembra
Di ghermirla adirato, e darla ai ceppi.
Or queſto ſogno qual aſconde arcano?
Lo meditai ma indarno; io non l' inteſi.
Or qual ſi deſta ſtrepito e romore
Di Venere nel tempio! io ne ſtupiſco.

ACTUS III. SCENA II.

TRACHALIO. DÆMONES.

Trac. PRO, Cyrenenſes populares! voſtram ego imploro fidem,
Agricolæ, accolæ, propinqui qui eſtis his regionibus,
Ferte opem inopiæ, atque exemplum peſſumum peſſumdate,
Vindicate: ne impiorum potior ſit pollentia,
Quam innocentium, qui ſe ſcelere fieri nolunt nobiles. 5
Statuite exemplum impudenti, date pudori præmium.
Facite hic lege potius liceat, quam vi, victo vivere.
Currite huc in Veneris fanum: voſtram iterum imploro fidem,
Qui prope hic adeſtis, quique auditis clamorem meum, 9
Ferte ſuppetias, qui Veneri, Veneriæque antiſtitæ
More antiquo in cuſtodiâ ſuum commiſerunt caput.
Prætorquete injuriæ prius collum, quam ad vos perveniat.

Dæ. Quid iſtuc eſt negotii? *Trac.* per ego te hæc genua obteſtor, ſenex,
Quiſquis es. *Dæm.* quin tu ergo omitte genua, & quid ſit, mihi expedi.
Quid tumultues? *Trac.* teque oro & quæſo, ſi ſperas tibi 15
Hoc anno multum futurum ſirpe & laſerpitium,
Eamque eventuram exagogam Capuam ſalvam & ſoſpitem,
Atque ab lippitudine uſque ſiccitas ut ſit tibi.

ATTO III. SCENA II.

TRACALIONE, DEMONE.

Trac. *OH CITTADINI di Cirene, invoco*
Il vostro ajuto! e voi agricoltori,
Vicini, ed abitanti de' contorni
Soccorrete chi giace in abbandono,
E castigate i rei: non permettete
Che dal furor degli empi oppressi sieno
I miseri innocenti, i quai son schivi
Di cercar coi delitti e nome e fama.
Sia per voi l' impudente al mondo esempio,
E premiate il pudor: fate che viva
Ancor che vinto dalle leggi astretto,
Anzi che dalla forza. Or via correte
Di Venere nel tempio, un' altra volta
Da voi che siete qui soccorso invoco,
E voi, che udite le mie voci, aita
Porgete a lor, che giusta il rito antico,
A Venere sè stesse accomandaro,
E all' ancella di lei; spegnete prima,
Che rechi offesa a voi, l' oltraggio e l' onta.
Dem. *Ond' è tanto romor?* Trac. *Vecchio, ti prego*
Chiunque sii per queste tue ginocchia.
Dem. *Perchè piuttosto non mi narri e sveli*
La cagione, per cui strepiti e gridi?
Trac. *Ti scongiuro e ti supplico, se speri*
In quest' anno raccoglier ne' tuoi campi
In copia grande laserpizio e silfio,
E che questa tua merce a Capua salva
Giunger poi debba, a serbar scevri i lumi
Dal nocevole umor viscoso e denso.

Dæ. Sanun' es? *Trac.* ſeu tibi confidis fore multam magudarim *,
Ut te ne pigeat dare operam mihi, quod te orabo, ſenex. 20
Dæ. At ego te per crura & talos, tergumque obteſtor tuum,
Si tibi ulmeam uberem eſſe ſperas virgidemiam,
Et tibi eſſe eventuram hoc anno uberem meſſem mali,
Ut mihi iſtuc dicas negotii quid ſit, quod tumultues.
Trac. Quî lubet maledicere? equidem tibi bona exoptavi omnia. 25
Dæ. Bene equidem tibi dico, qui, te digna ut eveniant, precor.
Trac. Obſecro, hoc prevo rtere ergo. *Dæm.* quid negotii eſt? *Trac.* mulieres
Duæ innocentes intus hic ſunt, tui indigentes auxilii,
Quibus advorſum jus legeſque inſignite injuria hic
Facta eſt, fitque in Veneris fano. tum ſacerdos Veneria 30
Indigne afflictatur. *Dæm.* quis homo eſt tanta confidentia,
Qui ſacerdotem audeat violare? ſed eæ mulieres
Quæ ſunt? aut quid iis iniqui fit? *Trac.* ſi das operam, eloquar.
Veneris ſignum ſunt amplexæ. nunc * * *
Eas deripere volt. eas ambas eſſe oportet * * * 35
Dæ. Quis iſtic eſt, qui deos tam parvipendit?
Trac. Fraudis, ſceleris, parricidii, perjurii plenus,
Legirupa, impudens, impurus, inverecondiſſumus:
Uno verbo abſolvam, leno 'ſt: quid illum porro prædicem?

Dem.*Sei tu ſano di mente?* Trac. *O ſe confidi*
Ch' eſſer molta ne debba la ſemente,
Non t' increſca adoprarti in ciò, ch' io bramo.
Dem.*Ed io ti prego per le gambe e piante,*
E per gli omeri tuoi ſe una ricolta
Speri abbondante delle verge d' olmo,
E ſe in queſt' anno una ſeconda meſſe
Dee germogliarti di ſventure e guai,
Dirmi qual coſa è queſta, e perchè gridi.
Trac.*Perchè mi oltraggi? io certo a te pregai*
Ogni bene dal ciel. Dem. *Non meno anch' io*
Parlo a dover, mentre i ſucceſſi affretto
Colle preghiere mie, di cui ſei degno.
Trac.*Dunque da me ciò declinar ti piaccia.*
Dem.*Cos' è queſta faccenda?* Trac. *Entro qui ſono*
Due ſemmine innocenti biſognoſe
Del tuo ſoccorſo, a cui contro ogni legge
Fu fatto oltraggio, e nel delubro iſteſſo
Di Venere ſi fa: di lei l' ancella
N' è grandemente afflitta. Dem. *E chi è coſtui*
Temerario così, che offender oſi
La pia Sacerdoteſſa? e quali poi
Son queſte donne? o qual ingiuſto oltraggio
A lor ſi fa? Trac. *Se tu m' ajuti, io parlo.*
Stanno abbracciate le meſchine, e ſtrette
Al ſimolacro della Diva; e un uomo
Staccar quindi le vuol malvagio e triſto.
Or convien fare a lor diſeſa e ſchermo.
Dem.*Chi è coſtui, che sì poco apprezza i Dei?*
Trac.*Un uom di ſcelleraggini, di frodi,*
Di parricidi, di ſpergiuri pieno;
Un violator di leggi, un impudente,
Un impudico, uno sfacciato: in ſomma
Egli è un mezzano; che più dir conviene?

Dæ. Ædepol infortunio hominem prædicas donabilem.
Trac. Qui sacerdoti scelestus fauces interpresserit. 41
Dæ. At malo cū magno suo fecit hercle. ite istinc foras,
Turbalio, Sparax! ubi estis? *Trac.* i obsecro, intro, subveni
Illis. *Dæm.* iterum haud imperabo. sequimini hac. *Trac.* age nunc jam,
Jube oculos elidere, itidem ut sepiis faciunt coqui.
Dæ. Proripite hominem pedibus huc, itidem quasi occisam suem. 46
Trac. Audio tumultum: opinor, leno pugnis pectitur.
Nimis velim improbissumo homini malas edentaverint.
Sed ecce ipsæ huc egrediuntur timidæ e fano mulieres.

ACTUS III. SCENA III.

PALÆSTRA. AMPELISCA. TRACHALIO.

Pal. NUNC id est, cum omnium copiarum atque opum,
Auxilii, præsidii viduitas nos tenet,
*Nec ulla spe*cula est, quæ salutem afferat:
Nec scimus, quam in partem ingredi persequamur.
Maxumo miseræ in metu nunc sumus ambæ, 5
Tanta importunitas, tantaque injuria
Facta in nos est modo hic intus ab nostro hero;
Qui scelestus sacerdotem anum præcipem
Reppulit, propulit, perquam indignis modis,
Nosque ab signo intimo vi deripuit sua. 10
Sed nunc sese ut ferunt res fortunæque nostræ,
Par est moriri. neque est melius morte, in malis
Rebus, miseris. *Trac.* quid est? quæ illæc oratio 'st?

Dem.

Dem. *Nomini al certo un esecrabil uomo.*
Trac. *Ch' empio a persona sacra ai Numi stretto*
Abbia la gola. Dem. *Con suo male e danno:*
Fuori uscite di quì! dove voi siete
Turbalion, Sparace? Trac. *Entra, e soccorri.*
Dem. *Io non vò replicar. Voi mi seguite.*
Trac. *Or via comanda, che a lui svellan gli occhi,*
Come i cuochi alle seppie. Dem. *In questo loco*
Strascinate colui qual porco estinto.
Trac. *Sento romor: forse co' pugni in tanto*
E' percosso il mezzano. Io ben vorrei,
Che schiantassero i denti a quell' indegno.
Ma vedi, che dal tempio escono appunto
Le stesse donne paventose e meste.

ATTO III. SCENA III.

PALESTRA, AMPELISCA, TRAGALIONE.

Pal. *OR veramente d' ogni ben noi siamo*
Prive senza difesa, e senza ajuto:
Nè v' è speme, che a noi prometta scampo;
Nè a qual parte rivolgerci sappiamo;
Solo ci preme il cor tema e spavento.
Oltraggio e crudeltà grave cotanto
Il Signor nostro istesso usò con noi
Colà dentro testè, mentr' egli appunto
Con empio braccio e con indegni modi
Scacciò, rispinse, e stramazzò la vecchia
Sacerdotessa, e con violenza e forza
Dal simolacro ci strappò; ma in tali
Circostanze e vicende dolorose
E' spediente morir; non v' è di morte
Miglior conforto agli infelici e tristi.

Cesso ego has consolari? heus, Palæstra! *Pal.* qui vocat?

*Trac.*Heus, Ampelisca! *Amp.* obsecro, quis est, qui vocat? 15

Pal. Quis is est, qui nominat? *Trac.* si respexis, scies.

Pal. O salutis meæ spes! *Trac.* tace, ac bono animo es.
Me vide. *Pal.* si modo id liceat, vis ne opprimat:
Quæ vis, vim mihi afferam ipsa, adigit. *Trac.* ah desine! nimis inepta es.

*Amp.*Desiste dictis nunc jam miseram me consolari. 20

Pal. Nisi quid re præsidium apparas, Trachalio, acta hæc res est:
Certum 'st moriri, quam hunc pati *grassari* lenonem in me.
Sed muliebri animo sum tamen: miseræ *ubi venit* in mentem
Mihi mortis, metus membra occupat ædepol. *Trac.* *etsi* hoc acerbum,
Bonum animum habete. *Pal.* nam, obsecro, unde *ani*mus mihi invenitur? 25

*Trac.*Ne, inquam, timete: assidite hic in ara. *Amp.* istæc quid ara
Prodesse nobis *plus* potest, quam signum in fano hic intus
Veneris, quod amplexæ modo, unde abreptæ per vim miseræ?

*Trac.*Sedete hic modo: ego hinc vos tamen tutabor. aram habete hanc
Vobis pro castris: mœnia hinc ego defensabo. 30
Præsidio Veneris malitiæ lenonis contra incedam.

*Amp.*Tibi auscultamus. &, Venus alma, ambæ te obsecramus,
Aram amplexantes hanc tuam lacrimantes, genibus nixæ,

Trac. *Che parole ſon queſte? e tardo anco ra*
A conſolar coſtoro? olà Paleſtra!

Pal. *Chi chiama?* T. *Olà Ampeliſca?* A. *E chi mi cerca?*

Pal. *Chi mi dimanda a nome?* Tr. *Indietro volgi*
Lo ſguardo, e lo ſaprai. Pal. *O bella ſpeme*
Della ſalvezza mia! Trac. *Sii lieta, e taci;*
In me confida. Pal. *Deh! ſe pur ciò lice,*
Fa che io non ſia da violenza oppreſſa,
La qual mi ſprona ad infierir crudele
Contro di me. Trac. *Baſta così: tu troppo*
Eccedi in favellar. Amp. *Deſiſti omai*
Di conſolarmi con parole invano.

Pal. *Se non mi aſſiſti colla mano, e l' opra,*
E' finita per me: la morte io voglio
Anzi che tollerar l' acerbo impero
Del rio mezzano ſovra me: ma in petto
Un core io ſerbo femminil: deh quando
Mi nacque in mente tal penſier di morte!
Già mi ricerca alto timor le membra.

Trac. *Sebben ſia queſta aſpra e crudel ſventura,*
Pure ſate coraggio. Pal. *E come o dei!*

Trac. *No non temete: qui poſate il fianco*
Accanto all' ara. Amp. *Forſe queſta a noi*
Puote giovar più che colà nel tempio
Il ſimolacro della Dea, che abbiamo
Teſtè abbracciato, e d' onde ſummo poi
Con violenza ſtrappate? Trac. *Or qui ſedete:*
Io vi difenderò. Queſt' ara ſia
Forte rocca per voi; da me diſeſe
Ne ſaranno le mura. Andrò incontro
Da Venere aſſiſtito al rio mezzano.

Amp. *Seguiamo il tuo parer. Oh alma Dea*
Ambe l' ara abbracciando ſoſpiroſe
A ginocchia piegate ti preghiamo,

E ij

Nos in custodiam tuam ut recipias, & tutere:
Illos sceleftos, qui tuum fecerunt fanum parvi, 35
Ut ulciscare, nosque ut hanc tua pace aram obsidere
Patiare, quæ elautæ ambæ sumus opera Neptuni noctu:
Ne invisas habeas, neve iccirco nobis vitio vortas,
Si quippiá'st, minus quod bene esse lautū arbitrare.

Trac. Æquom has petere intellego: decet abs te id impetrarier: 40
Ignoscere his te convenit: metus has, id ut faciant, subigit.
Te ex concha natam esse autumant*: cave tu harum conchas spernas.
Sed optume eccum exit senex, patronus mihique & vobis.

ACTUS III. SCENA IV.

DÆMONES. TRACHALIO. LORARII. LABRAX.

Dæ. Exi e fano, natum quantum est hominum sacrilegissume.
Vos in aram abite sessum. sed ubi sunt? *Trac.* huc respice.

Dæ. Optume. *Lor.* istuc volueramus. jube modo accedat prope.

Dæ. Tune legirupionem hic nobis cum dìs facere postulas?
Pugnum in os impinge. *Labr.* iniqua hæc patior cum pretio tuo. 5

Dæ. At etiam minitatur audax. *Labr.* jus meum ereptum est mihi,
Meas mihi ancillas invito me eripis. *Trac. ergo dato*
De senatu Cyrenensi quemvis opulentum *arbitrum*,
Si tuas esse oportet, nive eas esse oportet liberas,

Che ci accogli pietosa, e ci difendi.
Prendi vendetta di quegli empj e rei,
Che profanaro il tuo delubro, e soffri
Benigna, che sediamo all' ara intorno,
Poichè la notte fummo terse entrambe
Per opra di Nettunno: ah no non siamo
Abborrite da te, nè incolpa noi
Se scorgi cosa ancor men monda e pura.
Trac.*Chieggono il giusto, ed esse son ben degne*
D' impetrarlo da te; venia, e perdono
Si debbe a lor: grave timor le sforza
Ad operar così. Ma, vedi, il vecchio
Esce in buon punto, e 'l mio Signor e vostro.

ATTO III. SCENA IV.

DEMONE, TRACALIONE, AGUZZINI, LABRACE.

Dem.*Esci tu più sacrilego, e fellone*
Di quanti furo e sono, esci dal tempio:
Sedete all' ara voi; ma dove sono?
Trac.*Mira qui dietro.* D.*Or bene.* Ag.*Appunto questo*
Noi volevam. Fa che si accosti. Dem. *Credi*
Tu di potere o violator di leggi
Sacrificar con noi nel tempio ai Numi?
Scagliagli un pugno in volto. Labr. *Ingiusta pena*
Soffro, ma non sarà senza vendetta.
Dem.*Ancor minaccia audace.* Labr. *Il mio diritto*
E' violato; tu m' involi a torto
Le schiave mie. Trac. *Dunque qual più ti piace*
Arbitro ricco dal Senato eleggi
Di Cirene, che giudichi di loro

Nive te in carcerem compingi eſt æquom, ætatemque ibi 10
Te uſque habitare, donec totum carcerem contriveris.

Labr. Non hodie iſti rei auſpicavi, ut cũ furciſero fabuler.
Te ego appello. *Dæm.* cum iſtoc primum, qui te novit, diſputa.

Labr. Tecum ago. *Trac.* atqui mecum agendum 'ſt. ſuntne illæ ancillæ tuæ?

Labr. Sunt. *Trac.* agedum ergo, tange utramvis digitulo minumo modo. 15

Labr. Quid, ſi attigero? *Trac.* extemplo hercle ego te follem pugilatorium *
Faciam, & pendentem incurſabo pugnis, perjuriſſume.

Labr. Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere?

Dæ. *Non licet: ita* eſt lex apud nos*. *Labr.* mihi cum voſtris legibus
Nihil eſt commercii. equidem iſtas jam ambas educam foras. 20
Tu, ſenex, ſi iſtas amas, huc arido argento 'ſt opus.

Dæ. Hæ autem Veneri complacuerunt. *Labr.* habeat, ſi argentum dabit.

Dæ. Do tibi argentũ. nunc adeo ut ſcias meã ſententiã,
Occipito modo illis afferre vim joculo pauſillulum,
Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipſus te ut non noveris. 25
Vos adeo, ubi ego innuero vobis, ſi ne ei caput exoculaſſitis;
Quaſi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

Labr. Vi agis mecum. *Trac.* etiam vim opprobras, flagitii flagrantia?

Se sien libere o schiave, e s' egli è giusto,
Che in carcere sii tratto, e vi dimori
Fintanto ch' abbi la prigion consunta.

Labr.*Non ebbi oggi in pensier di favellare*
Con tal degno di forca e di supplizio.
Mi volgo a te. Dem. *Finisci pria con lui,*
Che ha contezza di te, le tue contese.

Labr.*Parlo con te.* Trac. *Ma pur parlar dei meco.*
Sono quelle tue schiave? Labr. *E' ver lo sono.*

Trac.*Su via dunque di lor qual vuoi col dito*
Minore or tocca. Labr. *Che sarà?* Trac. *Repente*
In mantice di pugni affè ti cangio,
E contro a te nell' aere sospeso
Mi avventerò co' pugni empio spergiuro.

Labr.*Non fia permesso a me di via condurre*
Di Venere dall' ara le mie schiave?

Dem.*Non lice, appo di noi la legge il vieta.*

Labr.*Le leggi vostre io non conosco: al certo*
Entrambe fuori condurrò; tu vecchio,
Se le ami, è qui mestier di schietto argento.

Dem.*Queste piacquero a Venere.* Labr. *Le tenga*
Mediante argento. Dem. *Eccoti, acciò comprenda*
Di qual animo io sia, eccoti argento.
Or comincia ad usar sol per ischerzo
Contro di lor lieve violenza e forza,
Ch' io ti rimanderò concio per modo,
Che non saprai tu ravvisar te stesso.
Se non saran per voi svelti al mio cenno
A lui gli occhi dal capo; appunto come
Di mirto un fascio con il giunco avvinto,
Così cingerò voi di verghe intorno.

Labr.*Usi meco la forza?* Trac. *Anche la forza*
Mi rinfacci o fellon? Labr. *Tu dunque degno*
Di cento forche osi oltraggiarmi? Trac. *Io sono*

Labr. Tun', trifurcifer, mihi audes inclementer dicere?
Trac. Fateor, ego trifurcifer sum: tu es homo apprime probus. 30
Num quî minus hasce esse oportet liberas? *Labr.* quid, liberas?
Trac. Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Græcia:
Nam altera hæc est nata Athenis ingenuis parentibus.
Dæ. Quid ego ex te audio? *Trac.* hanc Athenis esse natam liberam.
Dæ. Mea popularis, obsecro, hæc est? *Trac.* non tu Cyrenensis es? 35
Dæ. Immo Athenis natus altusque educatusque Atticis.
Trac. Obsecro, defende cives tuas, senex. *Dæm.* o filia
Mea! cum ego hanc video, mearum me absens miseriarum commones.
Trima quæ periit mihi, já tanta esset, si vivit, scio.
Labr. Argentum ego pro istisce ambabus, cujæ erant, domino dedi: 40
Quid mea refert, hæ Athenis natæ, an Tebis sient,
Dum mihi recte servitutem serviant? *Trac.* itane impudens,
Tune hîc feles virginalis liberos parentibus
Sublectos habebis, atque indigno quæstu conteres?
Nam huic alteræ patria quæ sit, profecto nescio:
Nisi scio probiorem hanc esse, quam te, impuratissime. 46
Labr. Tuæ istæ sunt? *Trac.* contende ergo, uter sit tergo verior.
Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo,
Quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissumus:
Postea aspicito meum, quando ego tuum inspectavero, 50

Il più malvagio, lo confesso, e reo;
E un uom tu sei ben costumato e onesto.
Per questo forse libere non sono?
Labr.*Come libere?* Trac. *Son anzi coloro*
Le tue padrone, e della vera Grecia;
E l' altra poi d' onesti genitori
Nacque in Atene. Dem. *Deh! che ascolto mai?*
Trac.*Libera ebbe il natal questa in Atene.*
Dem.*E' questa dunque della patria mia?*
Trac.*Non sei tu di Cirene?* Dem. *Anzi son nato,*
E nell' attica Atene anche nodrito,
E cresciuto in età. Trac. *Vecchio, difendi*
Queste tue cittadine. Dem. *Oh figlia mia!*
Quando veggio costei, tu mi ricordi
Sebben lontana il vedovo mio stato.
La prima, che smarii sarebbe uguale
Nell' aspetto, se fosse ancora in vita.
Labr.*Io per entrambe al primo lor padrone*
Sborsai non poco argento: a me che importa,
Se son nate in Atene oppur in Tebe,
Purchè sieno per me serve fedeli?
Trac.*A tal segno impudente, o di donzelle*
Rapitore, con teco i figli avrai
Predati ai genitor, e per indegno
Lucro gli avvilirai fino ad esporle
Ad infame mestier? io certo ignoro
Quale dell' altra sia il suol natio;
Ma più di te, uom dissoluto e impuro,
So ch' ella è figlia costumata e onesta.
Labr.*Son tue forse costoro?* Trac. *Or dunque meco*
Vieni a pugnare colle spalle ignude,
Onde provar qual sia di noi verace.
Se più sferzate non avrai sul tergo
Che chiodi un' ampia nave, il più mendace

Nisi erit tam sincerum, ut quivis dicat ampullarius,
Optimû esse opere faciundo coriû, & sincerissumû;
Quid caussæ est, quin virgis te usque ad saturitatem sauciem?
Quid illas spectas? quas si attigeris, oculos eripiâ tibi.

Labr. Atqui, quia vetas, utramque jam mecum abducam simul. 55

Dæ. Quid facies? *Labr.* Volcanum adducam, is Veneris est advorsarius.

Dæ. Quo illic it? *Labr.* heus ecquis hic est? heus. *Dæm.* si attigeris ostium,
Jam, hercle, tibi messis in ore fiet mergis pugneis.

Lor. Nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis.

Dæ. Ego dabo ignem, siquidem in capite tuo conflandi copia'st. 60

Labr. Ibo, hercle, aliquo quæritatum ignem. *Dæm.* quid, cum inveneris?

Labr. Ignem magnum hic faciam. *Dæm.* quin ut humanum exuras tibi.

Labr. Immo hasce ambas hic in ara ut vivas comburam. *Dæm.* id volo:
Nam, hercle, ego te barba* continuo arripiam, & in ignem conjiciam,
Teque ambustulatû objiciâ magnis avibus pabulû.
Cum conjecturam egomet mecum facio, hæc illa est simia, 66
Quæ has hirundines ex nido volt eripere ingratiis,
Quod ego in somnis somniavi. *Trac.* scin' quid? tecum oro, senex,
Ut illas serves, vim defendas, dum ego herum adduco meum.

Dæ. Quære herum, atque adduce. *Trac.* at hic ne. *Dæm.* maxumo malo suo, 70
Si attigerit, sive occeptassit. *Trac.* cura. *Dæm.* curatum est, abi.

Uomo ſarò; poichè abbia viſto il tuo,
Oſſerva il tergo mio, il quale ſano
Sarà così, che dirà qual tu vuoi
Arteſice d' ampolle eſſere acconcio,
E tutto intatto a fabbricar le ſteſſe.
Che non ti ſferzo fino ad eſſer ſazio?
Perchè le guaii? ſe le toccherai
Gli occhi ti ſvellerò. Labr. *Poichè lo victi*
E l' una e l' altra condurrò via meco.
Dem.*Che dici tu di far?* Labr. *Vulcano iſteſſo*
Accoſterò: di Venere è nemico.
Dem.*Dove ſen va colui?* Labr. *Olà, chi è dentro?*
Dem.*Se toccherai la porta, avrai nel volto*
Meſſe abbondante di frequenti pugni.
Aguz.*Noi fuoco non abbiam: ſon noſtro vitto*
Aridi fichi. Dem. *Io darò fuoco a voi,*
Poichè accender ſi può ſovra il tuo capo.
Labr.*Andrò certo cercando altrove il fuoco.*
Dem.*E ſe lo troverai?* Labr. *Lo farò grande.*
Dem.*Per diſtrugger te ſteſſo.* Labr. *Anzi coſtoro,*
Acciò tu viva, incendierò ſull' ara.
Dem.*Voglio così: per Dio, ti piglio adeſſo*
Per la barba, e ti ſcaglio in mezzo al fuoco;
Ed arroſtito de' rapaci augelli
Eſca ſarai. Allor che meco ſteſſo
Vo ripenſando, è queſta quella ſcimia,
E queſte ſon le rondini, che vuole
Rapir dal nido, come già ſognai.
Trac.*Sai tu che ſi dee far? vecchio, ti priego*
A protegger le miſere, ed opporti
Alla violenza altrui, qui mentre adduco
Il mio ſignor. Dem. *Lo cerca, e qui lo mena.*
Trac.*Ma coſtui non ...* Dem.*Sarà per ſuo gran danno,*
Se arriſchierà toccarle, o farne cenno.

Trac. Hunc quoque asserva ipsum, ne quo abitat. nam promisimus
Carnifici aut talentum magnum, aut hunc hodie sistere.

ACTUS III. SCENA V.

DÆMONES. LABRAX. PALÆSTRA. AMPELISCA. LORARII.

Dæ. UTRUM, tu, leno, cum malo libentius
Quiescis, an sic sine malo, si copia est?
Labr. Ego, quæ tu loquere, flocci non facio, senex.
Meas quidē te invito, & Venere, & summo Jove,
De ara capillo jam deripiam. *Dæm.* tange dum.
Labr. Tangam hercle vero. *Dæm.* agedum ergo! accede huc modo. 6
Labr. Jube dum recedere istos ambo illuc modo.
Dæ. Immo ad te accedent. *Labr.* non hercle egomet censeo.
Dæ. Quid ages, si accedent propius? *Lab.* ego recessero.
Verum, senex, si te umquam in urbe offendero,
Numquam hercle quisquam me lenonem dixerit,
Si non te ludos pessumos dimisero. 12
Dæ. Facito istuc, quod minitaris. sed nunc interim
Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.
Labr. Quam magnum vero? *Dæm.* quantū lenoni sat est.
Labr. Minacias ego istas flocci non facio tuas. 16
Equidem te invito jam ambas rapiam. *Dæm.* tange dum.
Labr. Tangam hercle vero. *Dæm.* tange! sed scin, quomodo?
I dum, Turbalio, curriculo affer
Duas clavas. *Labr.* clavas? *Dæm.* sed probas: propera cito. 20

Trac.*Vegliane alla custodia*. Dem. *Ho inteso: parti*.
Trac.*Abbi pur cura ch' ei non vada altrove;*
Perchè promesso abbiam un gran talento
Al carnefice, oppur di darlo a lui.

ATTO III. SCENA V.

DEMONE, LABRACE, PALESTRA, AMPELISCA, AGUZZINI.

Dem.*Ti piace senza guai star lungi e cheto,*
Od ami meglio con castigo e pena?
Labr.*Nulla mi cale delle tue parole*.
Tuo malgrado e di Venere, e di Giove
Le mie pel crine strapperò dall' ara.
Dem.*Toccale*. Labr. *Sì le toccherò, per Dio*.
Dem.*Su via dunque ti accosta*. Labr. *Ordina a questi,*
Che di qui si allontanino. Dem. *Piuttosto*
Si accosteranno a te. Labr. *Certo nol credo*.
Dem.*E che farai tu allora?* Labr. *Andrò lontano;*
Ma se avverrà che per città t' incontri,
Niun per mia fè mi chiamerà mezzano,
Senza che vada di ludibrio immune.
Dem.*Adempi pur le tue minacce: intanto*
S' ora le toccherai sia con tuo danno.
Labr.*Quale e quanto sarà?* Dem. *Qual si conviene*
Ad un mezzano. Labr. *A tai minacce io rido*.
Ambe ad onta di te trarrò con meco.
Dem.*Toccale*. Labr. *Sì, le toccherò*. Dem. *Le tocca;*
Ma sai poi come? vanne, o Turbalione,
E ratto qui reca due clave. Labr. *Clave?*
Dem.*Sì, ma ben forti: affrettati ch' io poi*

Ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.

Labr. Eheu! scelestus galeam in navi perdidi: 22

Nunc mihi opportuna hic esset, salva si foret.

Licet saltem istas mihi appellare. *Dæm.* non licet.

Ehem! optume ædepol, eccum, clavator advenit.

Labr. Illud quidem, ædepol, tinnimentum est auribus.

Dæ. Age accipe illanc alteram clavam, Sparax:

Age alter istinc, alter hinc assistite.

Assistite ambo. sic! audite nunc jam:

Si hercle illic illas hodie digito tetigerit 30

Invitas, ni istunc istis invitassitis

Usque adeo, donec, qua domum abeat, nesciat,

Peristis ambo. si appellabit quempiam,

Vos respondetote istinc istarum vicem:

Sin ipse abire hinc volet, quantum potest, 35

Extemplo amplectitote crura fustibus.

Labr. Etiam me abire hinc non sinent? *Dæm.* dixi satis.

Et ille ubi servos cum hero huc advenerit,

Qui herum arcessivit, itote extemplo domum.

Curate hæc sultis magna diligentia. 40

Labr. Heu hercle! næ istic fana mutantur cito.

Jam hoc Herculis est *, Veneris fanum quod fuit.

Ita duo destituit signa hic cum clavis senex.

Non hercle quo hinc nunc gentium aufugiam scio,

Ita nunc mihi utrumque sævit & terra & mare.

Palæstra! *Lor.* quid vis? *Labr.* apage! controversia est. 45

Hæc equidem Palæstra, quæ respondit, non mea est.

Heus Ampelisca! *Lor.* cavesis infortunio.

Labr. Ut potest, ignavi homines satis recte monent.

Sed vobis dico, heu vos! num molestia est, 50

Me adire ad illas propius? *Lor.* nihil nobis quidem.

Farò che accolto sii, come sei degno.
Labr.*Ahimè infelice, che ho perduto in nave*
L'elmo, che acconcio ora sarebbe all'uopo!
Potessi almeno al giudice citarle.
Dem.*Non lice; oh bene! ecco che giunge ormai,*
Quel, che reca la clava. Labr. *Un aspro suono*
Offenderà le orecchie. Dem. *Olà Sparace,*
Prendi quest'altra, e quinci e quindi entrambi
Vi disponete: così appunto: udite.
S'egli le toccherà pur con un dito,
Se non sarà colui concio per modo
Che non sappia ove sia, siete perduti:
Se fia ch'ei chiami alcun, voi rispondete
In loro vece; e se vorrà partire,
Per quanto voi potrete, incontanente
Sferzategli le gambe. Labr. *A me si vieta*
Di partire di qui? Dem. *Ho detto: e tosto,*
Che 'l servo col padron da lui cercato
Qui giunga, andate tostamente a casa.
Siate a curar ben vigilanti e attenti.
Labr.*Deh, come tosto cangiansi i delubri!*
D'Ercole è questo, il qual di Vener fue.
Due statue il vecchio qui locò simili
A quello armate di nodose clave.
Io non so certo ove cercarmi asilo:
Così la terra mi persegue, e'l mare.
Oh Palestra! Ag. *Che vuoi?* Labr. *Sono schernito!*
Questa Palestra, che risponde, al certo
Non è la mia. Oh Ampelisca! Aguz. *Guarda*
Che non t'incolga ria sventura, o danno.
Labr.*Giusto è l'avviso, che costor mi fanno.*
Ma parlo a voi: v'incresce forse e spiace,
Che a lor m'accosti? Aguz. *Certo niente a noi.*
Labr.*Forse a me sarà grave?* Aguz. *A te neppure,*

Labr. Numquid molestum mihi erit? *Lor.* nihil, si caveris.
Labr. Quid est, quod caveam? *Lor.* hem a crasso infortunio.
Labr. Quæso, hercle, abire ut liceat. *Lor.* abeas, si velis.
Labr. Bene hercle factum! habeo vobis gratiam. 55
Non. accedam potius. *Lor.* illic astato illico.
Labr. Ædepol proveni nequiter multis modis.
Certum'st hasce hodie usque obsidione vincere.

ACTUS III. SCENA VI.

PLEUSIDIPPUS. TRACHALIO. MULIERES. LABRAX. LORARII. CHARMIDES.

Pl. MEAMNE ille amicam leno vi, violentia
De ara deripere Veneris voluit? *Trac.* admodum.
Pl. Quin occidisti extemplo? *Trac.* gladius non erat.
Pl. Caperes aut fustem, aut lapidem. *Trac.* quid ego, quasi canem,
Hominem insectarer lapidibus nequissumum? 5
Labr. Nunc pol ego perii! Pleusidippus eccum adest:
Converret jam hic me totum cum pulvisculo.
Pl. Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,
Cum ad me profectus ire? *Trac.* ibidem nunc sedent.
Pl. Quis illas nunc illic servat? *Trac.* nescio quis senex, 10
Vicinus Veneris. is dedit operam optumam.
Is nunc cum servis servat: ego mandaveram.
Pl. Duc me ad lenonem recta. ubi illic est homo?
Labr. Salve. *Pl.* nihil salutem moror. opta ocyus;
Rapi te obtorto collo mavis, an trahi? 15

Se te ne guarderai. Labr. *Di che degg' io*
Guardarmi? Aguz. *Da sventura acerba e grave.*
Labr. *Lasciatemi partir.* Aguz. *Parti se vuoi.*
Labr. *Opra gentile è questa: io vi ringrazio.*
Non partirò; m' accosterò piuttosto.
Aguz. *Olà t' arresta.* Labr. *Esito infausto e tristo*
Ebbe l' impresa mia: ma fermo io sono
Di vincerle d' assedio in questo giorno.

ATTO III. SCENA VI.

Pleusidippo, Tracalione, le donne, Labrace, Aguzzini, Carmide.

Pl. *Dunque colui volea l' amica mia*
Strappar dall' ara di Ciprigna? Trac. *E' vero.*
Pl. *Perchè non l' uccidesti ivi sul fatto?*
Trac. *Non avea ferro alcun.* Pl. *Far lo dovevi*
Con bastone o con sasso. Trac. *Ed io con pietre*
Inseguire colui dovea qual cane?
Labr. *Io son perduto! Pleusidippo è giunto:*
Mi scaccierà, mi struggerà sdegnato.
Pl. *Eran le donne ancor appiè dell' ara,*
Quando in cerca di me tu sei partito?
Trac. *Ivi pur sono.* Pl. *E chi le guarda e cura?*
Trac. *Non so qual vecchio, che abita vicino*
Di Venere al delubro, assai cortese.
Egli veglia co' servi a lor difesa:
Lui ne pregai. Pl. *Conduci a me il mezzano.*
Dov' è costui? Labr. *Ti salvi il ciel.* Pl. *Non curo*
Il tuo saluto. Tosto eleggi: vuoi
Esser tratto pel collo, o per le piante

Utrumvis opta, dum licet. *Labr.* neutrum volo.
Pl. Abi ſane ad litus curriculo, Trachalio:
Jube illos in urbem ire obviam ad portum mihi,
Quos mecum duxi, hunc qui ad carnificem traderent:
Poſt huc redito, atque agitato hic cuſtodiam: 20
Ego hunc ſcelestum in jus rapiam exſulem.
Age, ambula in jus. *Labr.* quid ego deliqui? *Pl.* rogas?
Quin arrhabonem a me accepiſti ob mulierem, &
Eam hinc abduxiſti. *Labr.* non avexi. *Pl.* cur negas?
Labr. Quia pol provexi; avehere non quivi miſer: 25
Equidem tibi me dixeram præſto fore
Apud Veneris fanum: quid muto? ſumne ibi?
Pl. In jure cauſſam dicito, hic verbum ſat eſt.
Sequere. *Labr.* obſecro te, ſubveni, mi Charmides.
Rapior obtorto collo. *Char.* quis me nominat?
Labr. Viden' me, ut rapior? *Char.* video, atque inſpecto lubens. 31
Labr. Non ſubvenire mihi audes? *Char.* quis homo te rapit?
Labr. Adoleſcens Pleuſidippus. *Char.* ut nactu's, habe
Bono animo: melius eſt te in nervom correpere.
Tibi obtigit, quod plurimi exoptant ſibi. 35
Labr. Quid id eſt? *Char.* ut id quod quærant, inveniant ſibi.
Labr. Sequere, obſecro, me. *Char.* pariter ſuades, qualis es.
Tu in nervom rapere: eo me obſecras, ut te ſequar.
Etiam retentas? *Labr.* perii. *Pl.* verum ſit velim!
Tu, mea Palæſtra & Ampeliſca, ibidem illico 40

Al tribunale? finchè lice, eleggi.

Labr.*Nè l' un voglio, nè l' altro.* Pl. *Al lido vanne*
Tosto Tracalion, e a lor comanda
Nella cittade di venirmi incontro
Al porto; i quai da me condotti furo,
Perchè il dessero in mano al carceriere:
Dopo ritorna, e qui ne sii custode.
Io dinanzi al Pretor trarrò l' iniquo.
Su vanne al tribunale. Labr. *In che mancai?*

Pl. *Lo chiedi? e non è ver che ricevesti*
Da me caparra per la donna, e poi
Via di qui l' hai condotta? Labr. *Ah non è vero.*

Pl. *Perchè lo nieghi tu?* Labr. *Perchè lontano*
Io la menai, nè via di qui condurla
Infelice potei. Ti avea pur detto
Che al delubro di Venere sarei:
In che ho mentito? forse qui non sono?

Pl. *La tua ragione al tribunal dirai;*
Si è parlato abbastanza: ora mi siegui.

Labr.*Carmide mio, soccorrimi, ti priego,*
Sono tratto pel collo. Car. *E chi mi chiama?*

Labr.*Nol vedi?* Car. *Il veggo, e volentier lo miro.*

Labr.*Non hai coraggio di recarmi aita?*

Car. *Chi ti strascina?* Labr. *Il giovin Pleusidippo.*

Car. *Soffri con lieto cor l' infausto incontro;*
Sorte migliore è la prigion: ti avvenne
Ciò, che molti han desio che avvenga a loro.

Labr.*Che vuolsi dir?* Car. *Che appunto trovan quello,*
Che van cercando. Labr. *Sieguimi, ti priego.*

Car. *Consigli appunto come a te conviene.*
Tratto in carcer sarai; colà mi preghi
Che ti accompagni, e mi ritieni ancora?

Labr.*Io son perduto!* Pl. *Sia pur vero! intanto*
Tu, mia Palestra, e tu, Ampelisca mia,

Manete, dum huc ego redeo. *Lor.* equidem suadeo
Ut ad nos abeant potius, dum recipis. *Pl.* placet:
Bene facitis. *Labr.* fures mihi estis. *Lor.* quid, fures? *Pl.* rape.
Labr. Oro, obsecro, Palæstra. *Pl.* sequere carnufex.
Labr. Hospes! *Char.* non sum hospes: repudio hospitium tuum. 45
Labr. Siccine me spernis? *Char.* sic ago: semel bibo.
Labr. Di te infelicent. *Char.* isti capiti dicito.
Credo alium in aliam belluam hominem vortier.
Illic in columbum, credo, leno vortitur:
Nam in columbari collum haud multo post erit: 50
In nervom ille hodie nidamenta congeret.
Verumtamen ibo, ei advocatus ut siem,
Si qui mea opera citius addici potest.

51 *In nervum &c. Nervus* genus erat lignei vinculi, cui pedes immitebantur, & nervis in eo vinciebantur; ast *nervo* etiam colla vinciri, e Plauto notat Festus. Lignum hoc quinque locis foramina habebat, quibus collum, & manus, & pedes inserebantur. Hinc πεντεσύριγγον ξύλον vocat Aristoph. Equit. III. I. 54.
Jubet te hunc ligare in ligno quinque foraminum.
πεντεσύριγγῳ ξύλῳ. Ubi Schol. πεντεσυριγγον ξυλον *quinque foramina habens, quibus pedes, & manus, & cervix inseruntur*. Hesych. πεντεσύριγγον ξύλον, *quinque foramina habens, quatuor quidem, quibus pedes & manus nectuntur; unum vero quo cervix*. De eo planè intelligit Plaut. hoc loco. Qui *nervum* vocat illud ξύλον πεντεσύριγγον. Et hoc *columbar* appellat, quia cavernas haberet similes cavis, vel loculamentis, in quibus columbi nidificant. Qui pedibus, manibusque, & collo in eodem ligno constricti tenebantur, cernuare cogebantur, & caput inter genua ferme demissum habere. In carcere igitur, tam Græco, quam Romano, noxii, aut *nervo*, aut compedibus vincti servabantur. Gell. XI. 18. *Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus ætatem agunt. fures publici in auro, atque in purpura*, idest alii in *nervo*, alii in compedibus. Non enim simul in utroque. Liv. VIII. 28. *Ne quis nisi qui noxam meruisset, donec pœnam luisset, in compedibus, aut nervo teneretur*. Fuit gravissimus, quo homo quasi quadrupes constringebatur, pedibus, manibusque eodem ligno impactis, & collo etiam inserto. Levissimus, quo pedes tantum vincti. Hæc Pitiscus.

Restate qui fintanto ch' io ritorno:
Aguz. *Le persuado anch' io, ch' appo di noi*
Vengano a ricoverarsi insin che torni.
Pl. *Approvo tal parer: voi ben oprate.*
Labr. *Ladri voi siete a danno mio.* Aguz. *Noi ladri?*
Pl. *Traggilo altrove.* Labr. *Per pietà, Palestra.*
Pl. *Carnefice, prosiegui.* Labr. *Ospite, ascolta?*
Car. *Non son più tal; rinunzio al tuo ospizio.*
Labr. *Così mi sprezzi?* Car. *Opro così: soltanto*
Una fiata io inebbriar mi voglio.
Labr. *Infelice ti rendano gli Dei.*
Car. *Prega mal a te stesso. In bestia l' uno,*
L' altro in colomba cangiasi, cred' io;
Perchè sarà, non andrà guari, il collo
Posto nel ferreo anello: oggi colui
Pe' ceppi adunerà quanto abbisogna
Per costruirli; non per tanto adesso
Mea, quæ præter ſpem evenere, utantur ſine.

ATTO IV. SCENA VII.

GRIPO, DEMONE.

Grip. *Quando, o Demone, mai mi ſia permeſſo*
Di ſavellar con te? Dem. *Gripo, che vuoi?*
Grip. *Determina riguardo alla valigia*
Da ſaggio; e preſſo te ritieni e ſerba
Quel ben, che ti concedono gli Dei.
Dem. *Ti par giuſto ch' io dica eſſere mio*
Ciò, ch' è d' altrui? Grip. *Ma d' altrui forſe dici*
Ciò, che ho trovato in mar? Dem. *Vieppiù felice*
Fu chi ſmarrilla: non per queſto tua
E' la valigia. Grip. *Perciò appunto ſei*
Tu meſchino, perchè troppo ſei pio.
Dem. *O Gripo, Gripo, nell' umana vita*
Molte tramanſi inſidie, in cui ſon colti
Con varie frodi i miſeri mortali.
Speſſe fiate ſi diſpone in eſſe
L' eſca fatal; cui ſe divora alcuno
Colle bramoſe canne avidamente,
Dall' avara indol ſua nel laccio è colto.
Colui, che ſaggio ſe ne guarda e cauto,
Gode lunga ſtagion i giuſti acquiſti:
A me par che tal preda indi con ſeco
Altra ne tragga, e con uſura ſgombri.
Come potrei celar ciò, ch' è d' altrui?
Demone non farà queſto giammai.
Debbon cauti guardarſi i ſaggi ognora
D' eſſere conſcj e rei di alcun delitto.
Conſeguito l' intento il lucro io ſprezzo.
Grip. *Da' Comici aſcoltai ſimili detti,*
Ed applaudire allor che al volgo attento

Cum illos sapientis mores monstrabant poplo : 25
Sed cum inde suam quisque ibant diversi domum,
Nullus erat illo pacto, ut illi jusserant.

Dæ. Abi intro, ne molestus. linguæ tempera.
Ego daturus tibi nihil sum; ne tu frustra sis.

Grip. At ego deos quæso, ut quidquid in illo vidulo' st, 30
Si aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis.

Dæ. Illuc est, quod nos nequam servis utimur.
Nam illic cum servo si quo congressus foret,
Et ipsum sese & illum furti adstringeret.
Dum prædam habere se censeret, interim 35
Præda ipsus esset: præda prædam duceret.
Nunc hinc intro ibo, & sacrificabo. postibi
Jubebo nobis cœnam continuo coqui.

ACTUS IV. SCENA VIII.

PLEUSIDIPPUS. TRACHALIO.

Pl. ITERUM mihi istæc omnia itera, mi anime, mi Trachalio,
Mi liberte, mi patrone, immo potius, mi pater.
Repperit patrem Palæstra suum atque matrem? *Trac.* repperit.

Pl. Et popularis est? *Trac.* opinor. *Pl.* & nuptura est mihi? *Trac.* suspicor.

Pl. Censen' hodie despondebit eam mihi, quæso? *Tr.* censeo. 5

Pl. Quid? patri etiam gratulabor, cum illam invenit? *Trac.* censeo.

Pl. Quid? matri ejus? *Trac.* censeo. *Pl.* quid ergo censes? *Trac.* quod rogas,

Insegnavan de' saggi i bei costumi:
Ma poi ciascuno ritornato a casa,
Concepiva altre voglie, altri pensieri.

Dem. *Entra, non molestarmi: il labbro affrena.*
Non ingannarti: non ti vo' dar niente.

Grip. *Priego i Numi, che quanto è in la valigia*
Oro ed argento in cenere si scioglia.

Dem. *E' per ciò che abbiam servi iniqui e rei:*
Perocchè se costui con altro servo
Si fosse unito avrialo sedotto
A farsi reo di quell' istesso furto.
Credendo poi di posseder la preda,
Preda egli stesso diverrebbe, ed una
Ne trarria seco un' altra: or quinci dentro
Andrò ad offrir il sacrificio; e dopo
Comanderò che cuocasi la cena.

ATTO IV. SCENA VIII.

PLEUSIDIPPO, TRACALIONE.

Pl. *Replica ancora tutte queste cose,*
Anima mia, o mio Tracalione,
Liberto e protettor, anzi mio padre.
Dunque i suoi genitor trovò Palestra?

Trac. *Sì ritrovolli.* Pl. *Ed è mia cittadina?*

Trac. *Lo penso.* Pl. *E che debb' essere mia sposa?*

Trac. *Lo sospetto.* Pl. *Se il ciel ti salvi, credi*
Che in questo giorno mi sarà promessa?

Trac. *Il credo.* Pl. *E che? col genitore ancora*
Mi congratulerò che l' ha trovata?

Trac. *Il credo.* Pl. *E che? colla sua madre?* Tr. *Il credo.*

Pl. *Che dunque credi tu?* Trac. *Ciò, che dimandi*
Io credo. Pl. *Dunque di qual pregio credi*

Cenſeo. *Pl.* dic ergo quanti cenſes? *Trac.* egone? cenſeo.

Pl. At ſume quidem, ne cenſionem ſemper facias. *Trac.* cenſeo.

Pl. Quid ſi curram? *Trac.* cenſeo. *Pl.* an ſic potius placide? *Trac.* cenſeo. 10

Pl. Etiamne eam adveniens ſalutem? *Trac.* cenſeo. *Pl.* etiamne ejus patrem?

Trac. Cenſeo. *Pl.* poſt ejus matrem? *Trac.* cenſeo. *Pl.* quid poſtea?

Etiamne adveniens complectar ejus patrem? *Trac.* non cenſeo.

Pl. Quid, matrem? *Trac.* non cenſeo. *Pl.* quid eampſe illam? *Trac.* non cenſeo.

Pl. Perii! delectum * dimiſit. nunc non cenſet, cum volo.

Trac. Sanus non es, ſequere. *Pl.* duc me, mi patrone, quo libet.

9 *At ſume &c.* Jocus ex Cenſorum more ductus. Cum enim Tracalio ſæpius *cenſeo* dixiſſet; *at ſume quidem*, ſubdit Pleuſidippus, *ne cenſionem ſemper facias*, h. e. ne ſemper cenſeas, nunquam cenſum accipias. Cives omnes in ſua quiſque tribu, claſſe, centuria, jnrejurando dato apud Cenſores nomina ſua, uxorum, liberorum, libertorum ſervorumque ſuorum, profiteri tenebantur; præterea ætatem omnium, regionem quam habitarent, & fortunarum ſuarum æſtimationem deferre. Hoc cenſendi inſtitutum duas opportunitates Reipublicæ attulit omnium maximas, nam & numerum eorum, qui arma ferre poſſent, oſtendit. & pecuniarum magnitudinem, quibus bellorum ſumptus ſuſtinebantur, indicavit. Qui tributa a Cenſoribus impoſita recipiebat legatus, *ad cenſus accipiendos*, vocabatur. Vetus inſcriptio:

CAIO . LAELIO . LEGATO
IMP . NERVAE . TRAIANI
CAESARIS . AVG . AD . CENSVS
ACCIPIENDOS .

Cenſorum munus, ſive officium deſcribunt Cicer. de Legib. III. 3. Aſcon. Pedian. & alii.

Tu questa cosa? Trac. *A me parli? lo credo.*
Pl. *Or via la prendi, e poni fine omai*
Di ponderarne ognor la scelta. Trac. *Il credo.*
Pl. E *se mi affretterò?* Trac. *Lo credo.* Pl. *Od anzi*
Così lento? Trac. *Lo credo.* Pl. E *lei venendo*
Saluterò? Trac. *Lo credo.* Pl. *Ed anche il padre?*
Trac. *Lo credo.* Pl. *Indi la madre?* Tr. *Il credo.* Pl. *In oltre*
Abbraccierò giungendo il di lei padre?
Trac. *Non già.* P. *Forse la madre?* Tr. *No.* P. *Ma dunque*
Forse lei stessa? Trac. *No.* Pl. *Me sventurato,*
Finito ha d'approvar quando il vorrei!
Trac. *Tu non sei sano, sieguimi.* Pl. *Mi guida,*
O mio buon protettor, dove ti piace.

ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA.

Labrax.

Quis me eſt mortalium miſerior, qui vivat alter hodie,
Quem ad recuperatores * modo damnavit Pleuſidippus.
Abjudicata a me modo eſt Palæſtra. perditus ſum!
Nam lenones ex gaudio credo eſſe procreatos,
Ita omnes mortales, ſi quid eſtmali lenoni, gaudent.
Nunc alteram illam, quæ mea eſt, viſam huc in Veneris fanum. 6
Saltem ut eam abducam, de bonis quod reſtat reliquiarum.

ACTUS V. SCENA II.

Gripus. Labrax.

Grip. Numquam ædepol hodie ad veſperam Gripum inſpicietis vivum,
Niſi vidulus mihi redditur. *Labr.* perii, cum mentionem
Fieri audio uſquã viduli, quaſi palo pectus tundat.
Grip. Iſtic ſceleſtus liber eſt: ego qui in mari prehendi
Rete, atque excepi vidulũ, dare ei negatis quidquã.
Labr. Pro dî immortales! ſuo mihi hic ſermone arrexit aures.
Grip. Cubi tũ hercle longis litteris * ſignabo jã uſq; quaque,
Si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo,

ATTO QUINTO

SCENA PRIMA.

LABRACE.

CHI tra mortali più di me ſgraziato
Ci vive mai, cui Pleuſidippo traſſe
Al Giudice pur ora, e a cui fu tolta
Per decreto Paleſtra. Io ſon perduto!
Credo che dal piacer ſien generati
I miſeri mezzani; in guiſa tale
Ciaſcuno eſulta nelle lor ſventure.
Or entrerò di Venere nel tempio,
Per via l' altra condurne unico avanzo
Di tutti i beni miei.

ATTO V. SCENA II.

GRIPO, LABRACE.

Grip. *CERTO non ſia*
Che a ſera vivo ſia veduto Gripo,
Se non rendeſi a me la mia valigia.
Labr. *Ahimè! qualora nominar la ſento,*
Parmi che un palo mi s' immerga in ſeno.
Grip. *Fece colui di libertade acquiſto;*
E a me, che colſi la valigia in mare
Nulla volete dar? Labr. *Eterni Dei!*
Coſtui mi aſtringe ad aſcoltarlo attento.
Grip. *Avviſerò per certo in ogni parte,*
Con caratteri lunghi un lungo braccio,
Chi la valigia aveſſe mai ſmarrita

Ad Gripū ut veniat. non feretis iſtū, ut poſtulatis.

*Labr.*Meum, hercle, illic homo vidulum ſcit, qui habet, ut ego opinor. 10

Adeundus mihi illic eſt homo. dî, quæſo, ſubvenite.

*Grip.*Quid me intro revocas? hoc volo hic ante oſtium extergere.

Nā hoc quidé pol e robigine, non e ferro factū eſt,

Ita quanto magis extergeo, rutilū atque tenuius fit:

Nam quidem hoc Vere natum eſt verum: ita in manibus conſeneſcit. 15

*Labr.*Adoleſcens, ſalve! *Grip.* dî te ament cum irraſo capite. *Labr.* quid fit?

*Grip.*Verum extergetur. *Labr.* ut vales? *Grip.* quid tu? num medicus, quæſo, es?

*Labr.*Immo ædepol una littera plus ſum, quam medicus. *Grip.* tum tu

Mendicus es? *Labr.* tetigiſti acu. *Grip.* videtur digna forma.

Sed quid tibi eſt? *Labr.* hac proxima nocte in mari elavi. 20

Confracta eſt navis. perdidi, quidquid erat, miſer ibi omne.

*Grip.*Quid perdidiſti? *Labr.* vidulum cum auro atque argento multo.

*Grip.*Ecquid meminiſti in vidulo, qui perit, quid infuerit ibi?

*Labr.*Quid refert, qui periit? *Grip.* tamen ſi non hoc, aliud fabulemur.

Quid ſi ego ſciam qui invenerit? volo ex te ſcire ſigna. 25

*Labr.*Nummi octingenti aurei in marſupio inſuerunt.

Præterea centū denaria Philippea in paſceolo ſeorſus.

*Grip.*Magna hercle præda'ſt! largiter mercedis indipiſcar.

Con

Con molto argento ed or, che venga a Gripo:
No, non l'avrete voi, che la chiedete.

Labr.*Se non m' inganno ſa colui, chi tiene*
La mia valigia; giova andare a lui.
Soccorretemi o Dei! Grip. *Perchè mi chiami*
Di nuovo in caſa? qui ſcopare io voglio
Pria dinanzi alla porta. Egli poi ſembra,
Che queſto ſpiedo di rubigin ſia,
E non di ferro, in guiſa tal roſſeggia,
E ſi aſſottiglia quanto più il puliſco:
Nacque per verità di primavera
Cotanto fra le man declina e manca.

Labr.*Giovine addio!* Grip. *Sieno propizj i Dei*
A te dal raſo crin. Labr. *Che fai?* Grip. *Forbiſco*
Uno ſchidone. Labr. *Sei tu ſano?* Grip. *Come!*
Forſe medico ſei? Labr. *Son più di queſto*
Una lettera. Grip. *Sei forſe mendico?*

Labr.*Indovinaſti.* Grip. *Tal ſembri all' aſpetto.*
Ma che ti avvenne? Labr. *Nella ſcorſa notte*
Ho naufragato in mar: s' infranſe il legno,
E quanto eravi in eſſo, ahimè! perdei.

Grip.*Che perdeſti?* Labr. *Con molto argento ed oro*
Una valigia. Grip. *Ti ſovvien per ſorte*
Qual roba in eſſa foſſevi rinchiuſa?

Labr.*Che giova ſe perì?* Grip. *Se non ti piace,*
Che ſi parli di ciò, d' altro ſi parli.
Ma s' io ſapeſſi mai chi l' ha trovata?
Da te ſentirne i contraſſegni io voglio.

Labr.*Eran ben ottocento in una borſa*
Monete d' oro, ed altre cento ancora
Di Filippo diviſe e ſeparate
In altro borſellin di molle cuojo.

Grip.*Grande certo è la preda! Ampia mercede*
Io n' otterrò. Porgono ajuto i Numi

Dii homines respiciunt. bene ego hinc prædatus ibo. 29
Profecto hujus est vidulus. perge alia tu expedire.

*Labr.*Talentū argenti commodū magnū inerat in crumina,
Præterea sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

*Grip.*Papæ! divitias tu quidem habuisti luculentas.

*Labr.*Miserum istuc verbum & pessumum est, Habuisse, & nihil habere.

*Grip.*Quid dare velis, qui istæc tibi investiget indicetque? 35
Eloquere propere celeriter. *Labr.* nummos trecentos. *Grip.* tricas.

*Labr.*Quadringentos. *Grip.* tramas putridas. *Labr.* quingentos. *Grip.* cassam glandem.

*Labr.*Sexcentos. *Grip.* curculiunculos minutos fabulare.

*Labr.*Dabo septingentos. *Grip.* os calet tibi! num git frigidefactas?

*Labr.*Mille dabo nummos. *Grip.* somnias. *Labr.* nihil addo: abi! *Grip.* igitur audi: 40
Si, hercle, abiero hinc, hic non ero, *Labr.* vin' centum & mille? *Grip.* dormis.

*Labr.*Eloquere quantum postules. *Grip.* quo nihil invitus addas;
Talentum magnū: non potest triobolū hinc abesse.
Proin tu vel ajas, vel neges. *Labr.* quid istic necessum est, video:
Dabitur talentum. *Grip.* accede dum huc: Venus hæc volo arroget te. 45

*Labr.*Quod tibi libet, id mihi impera. *Grip.* tange aram hanc Veneris. *Labr.* tango.

*Grip.*Per Venerem hanc jurandum est tibi. *Labr.* quid jurem? *Grip.* quod jubebo.

*Labr.*Præi verbis quid vis. id quod domi est, numquam ulli supplicabo.

Ai miseri mortali. Onusto e ricco
Di bella preda andrò. Di lui per certo
E' la valigia. Siegui pur, e accenna
Altri ancor contrassegni. Labr. *In altra borsa*
Un gran talento non mancante o scemo
V'era d'argento; una ricurva tazza,
Vaso, fiasco, bicchier, e navicella.
Grip.*Capperi! possedesti ampie ricchezze.*
Labr.*Acerbo detto e doloroso è questo*
L'aver avuto, e non aver. Grip. *Che vuoi*
Dar a chi ciò ti mostri, e ti ritrovi?
Parla non indugiar. Labr. *Darò trecento*
Monete. Gr. *Scherzi in ciance.* Labr.*Quattrocento.*
Grip.*Miserabile offerta!* Labr. *Cinquecento.*
Grip.*Una ghianda prometti arida e vana.*
Labr.*Seicento.* Grip. *Tu bazzecole proponi.*
Labr.*Ne darò settecento.* Grip. *Hai forse troppo*
Caldo il labro? rinfreschi la nigella?
Labr.*Ne darò mille.* Grip. *Sogni.* Labr.*Aggiungo niente;*
Parti. Grip. *Dunque m'ascolta: se lontano*
Di qui n'andrò, qui non mi troverai.
Labr.*Mille e cento ne vuoi?* Gr. *Dormi.* L. *In buon'ora*
Parla: quanto richiedi. Grip. *Io chieggo tanto,*
Che tu più nulla aggiungere dovrai;
Un gran talento, nè mancar vi deve
La più vile moneta; afferma, o niega.
Labr.*Ciò che a tal uopo si dè far comprendo.*
Si darà ciò che chiedi. Grip. *Or qui ne vieni:*
Venere, io voglio, che di ciò ti preghi.
Labr.*Prescrivi ciò che vuoi.* Grip. *Tocca quest'ara*
Di Venere. Labr. *La tocco.* Grip. *Essa presieda*
Al giuramento tuo. Labr. *Di che sia mai?*
Grip.*Di ciò che ti sarà da me prescritto.*
Labr.*Precedimi coi detti a tuo talento.*

Grip. Tene aram hanc. *Labr.* teneo. *Grip.* dejura,
te mihi argentum daturum, 49
Eodem die, viduli ubi sis potitus. *Labr.* fiat.
Grip. Labr. Venus Cyrenensis, testem te testor mihi,
Si vidulum illum, quem ego in navi perdidi,
Cum auro atque argento salvom investigavero,
Isque in potestatem meam pervenerit.
Grip. Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me
tangito. 55
Labr. Tum ego huic Gripo dico, Venus, ut tu audias.
Grip. Labr. Talentum argenti magnum continuo dabo.
Grip. Si fraudassis; dicito, uti te in quæstu tuo
Venus eradicet caput atque ætatem tuam.
Tecum hoc habeto tamen, ubi juraveris. 60
Labr. Et illum ego advorsum si quid peccasso, Venus,
Veneror te, ut omnes miseri lenones sient.
Grip. Tamen fiet, etsi tu fidem servaveris.
Tu hic opperire, jam ego faxo exibit senex:
Eum tu continuo vidulum reposcito. 65
Labr. Si maxume mihi illum reddiderit vidulum,
Non illi ego hodie debeo triobolum.
Meus arbitratus est, lingua quod juret mea.
Sed conticescam. eccum exit, & ducit senem.

49. *Tene aram hanc.* Ad aras jurabant, easque dum jusjurandum pronunciabant, tangebant veteres. Cic. pro Flacc. *Is si aram tenens juraret, crederet nemo.* Idem in Græcia servatum. Justin. 24. *Ptolomæus sumptis in manibus altaribus contingens ipsa simulacra, & pulvinaria deorum, inauditis, ultimisque execrationibus adjurat.*

51. *Venus Cyrenensis &c.* Præit verbis Gripus; & Labrax quæ a Gripo dicuntur, repetit.

Non chiederò ciò che possiedo altronde.
Grip. *Posa la man sull' ara.* Labr. *Eccola posta.*
Grip. *Giura, che argento mi darai nel giorno,*
In cui farai della valigia acquisto.
Labr. *Si faccia.* Grip.) Labr.) *Chiamo te per testimonio*
Venere di Cirene, se mai trovo
Salva coll' oro e argento la valigia,
Che perdei nella nave, e se mai giunge
In mio poter. Grip. *Allor io dico a Gripo,*
Parla, e mi tocca. Labr. *Allora Gripo io dico,*
Si che o Venere ascolti. Grip.) Labr.) *Un gran talento*
D' argento sborserò. Grip. *Se mancherai*
Della promessa, dì che nel tuo lucro
Tronchi Venere e strugga i giorni tuoi.
Poichè giurato avrai ti piombi in capo
Questa maledizion. Labr. *Se avverrà mai*
Ch' io manchi, Venere ti prego,
A colmar di miseria ogni Mezzano.
Grip. *Tanto avverrà, sebben tu serbi fede.*
Tu aspetta, ch' io farò sì ch' esca il vecchio:
Da lui tosto richiedi la valigia.
Labr. *Sebbene a me la renda, io non gli debbo*
Neppur una moneta; in me risiede
Il dritto d' eseguir, o render vano
Il giuramento del mio labro incauto.
Ma zitto, ch' esce, e fuor conduce il vecchio.

ACTUS V. SCENA III.

GRIPUS. DÆMONES. LABRAX.

SEQUERE hac. ubi istic leno est? heus tu,
hem tibi, hic habet vidulum.

Dæ. Habeo, & fateor esse apud me: &, si tuus est,
habeas tibi.
Omnia, ut quidquid insuere, ita salva sistentur tibi.
Tene, si tuus est. *Labr.* o dî immortales! meus
est. salve, vidule.

Dæ. Tuusne est? *Labr.* rogitas? siquidem hercle
Jovis fuit, meus est tamen. 5

Dæ. Omnia insunt salva: una istinc cistella excepta
est modo
Cũ crepundiis, quibuscũ hodie filiã inveni meam.

*Labr.*Quam? *Dæm.* tua quæ fuit Palæstra; ea filia
inventa est mea.

*Labr.*Bene mehercle factũ est; cũ istæc res tibi ex sententia
Pulchre evenit, gaudeo. *D.* istuc facile nõ credo tibi.

*Labr.*Immo, hercle, ut scias gaudere me, mihi triobolũ
Ob eam ne duis: condono te. *Dæm.* benigne
ædepol facis. 12

*Labr.*Immo tu quidem hercle vero. *Grip.* heus tu! jamne
habes vidulum?

*Labr.*Habeo. *Grip.* propera. *Labr.* quid properabo?
Grip. reddere argentum mihi.

*Labr.*Neque ædepol tibi do, neque quidquam debeo.
Grip. quæ hæc factio est? 15
Non debes? *Labr.* non hercle vero. *Grip.* non
tu juratus mihi es?

*Labr.*Juratus sum: & nunc jurabo, si quid voluptati
est mihi:

ATTO V. SCENA III.

GRIPO, DEMONE, LABRACE.

Grip. *Sieguimi in questa parte: ov' è il Mezzano?*
Olà, parlo con te, questi è quel desso,
Ch' ha la valigia. Dem. *E' vero, lo confesso,*
Ch' appo di me la serbo, e s' ella è tua
Abbila pur. Salva ogni cosa appunto,
Com' ivi dentro fu riposta, avrai.
Prendila. Labr. *Eterni dei! questa è la mia.*
Salve o valigia. Dem. *E' forse tua?* Labr. *Lo chiedi?*
Sebben di Giove fosse stata un giorno,
Adesso è mia. Dem. *Tutto v' è intatto e salvo:*
Un sol cestel quindi testè fu tolto
Con certi arnesi, ond' oggi ritrovai
La figlia mia. Labr. *Qual' è?* Dem. *Quella che tua*
Già fu; Palestra, dessa è figlia mia.
Labr. *O felice successo! e poichè avvenne*
Secondo i voti, e i desir tuoi ne godo.
Dem. *Facil non sono in questo a darti fede.*
Labr. *Anzi affinchè non dubiti, per essa*
Oboli tre neppure mi darai:
A te la dono. Dem. *Inver cortese sei.*
Labr. *Anzi tu certamente.* Grip. *Or via non anco*
Hai la valigia? L. *E' presso me.* Gr. *T' affretta.*
Labr. *Perchè?* Grip. *Per darmi il pattuito argento.*
Labr. *Nè a te certo lo dò, nè a te lo debbo.*
Grip. *E che maniera d' operare è questa?*
Nol devi? Labr. *No per certo.* Grip. *E non giurasti?*
Labr. *Giurai ed ora giurerò di nuovo*
Quando, e di cosa che mi piaccia e aggrada.
Istituito già fu il giuramento

Jusjurandum rei servandæ, non perdendæ, conditum est.

Grip. Cedo sis mihi talentū magnū argenti, perjurissume.

Dæ. Gripe! quod tu istum talentum poscis? *Grip.* juratu'st mihi 20

Dare. *Labr.* libet jurare. tun' meo Pontifex perjurio es?

Dæ. Qua pro re argentum promisit hic tibi? *Grip.* si vidulum

Istum redegissē in potestatem ejus, juratus dare

Mihi talentum magnum argenti. *Labr.* cedo quîcum habeam judicem,

Ni dolo malo instipulatus sis, nive etiā dū siem 25

Quinque & viginti natus annos. *Grip.* habe cum hoc. *Labr.* alio'st opus.

Dæ. Jam ab isto auferre haud sinam, nisi istum condemnavero.

Promisisti huic argentum? *Labr.* fateor. *Dæm.* quod servo meo

Promisisti, meum esse oportet: ne tu leno postules

Te hic fide lenonia uti: non potes. *Gr.* jā te ratus 30

Nactum hominem, quem defraudares. dandum huc argentum est probum:

Id ego continuo huic dabo, adeo me ut hic emittat manu.

Dæ. Quando ergo erga te benignus fui, atq; opera mea

Hæc tibi sunt servata. *Grip.* immo hercle mea, ne tu dicas tua. 34

Dæ. Si sapies, tacebis. tū te mihi benigne itidē addecet

Benemerenti bene referre gratiā. *L.* nempe pro meo

Jure oras. *Dæm.* mirum, quin tuum jus meo periculo abs te expetam.

Grip. Salvos sum: leno labascit: libertas portenditur.

Dæ. Vidulū istic ille invenit: illud mancipium meū est,

Per conservar non perdere la roba.
Grip.*O spergiuro! non più: dammi il talento.*
Dem.*Qual talento da lui richiedi o Gripo?*
Grip. *Quel che con giuramento ei mi promise.*
Labr.*Mi piacque di giurar; del mio spergiuro*
Giudice e punitor forse tu sei?
Dem.*Per quale cosa ti promise argento?*
Grip.*Se la valigia avessi a lui renduta.*
Labr.*Qual giudice sia mai, che mi condanni*
Ad osservar il giuramento allora,
Ch' esser provi ingannevole il contratto,
E non compiuti ancor venticinq' anni.
Grip.*Parla con esso.* Labr. *Egli è mestier d' un altro.*
Dem.*Io non permetterò, che via la porti*
Prima d' avere condennato lui:
Gli promettesti argento? Labr. *Lo confesso.*
Dem.*Ciò che al mio servo promettesti è mio:*
Non creder no Mezzano astuto e fello
D' usar di quella fè, che a te conviene.
Grip.*Tu ti credevi d' aver colto appunto*
Chi potere ingannar. Sborsa l' argento,
A lui pronto il darò, purchè mi affranchi.
Dem.*Allor che tu mi proverai cortese,*
E tutto riterrai per opra mia.
Grip.*Anzi certo per mia; non dirla tua.*
Dem.*Se avrai tu senno, porrai freno al labro.*
Allora è ben dover, che a me tu grato
Qual tuo benefattor le grazie renda.
Labr.*Così perorì pel diritto mio.*
Dem.*Senza mio danno fa stupor, che assista*
La tua ragion. Grip. *Son io sicuro e salvo:*
Si avvilisce il Mezzano: a me si mostra
La libertà. Dem. *Costui ch' è servo mio*
Ritrovò la valigia; or questa appunto

Ego tibi hunc porro servavi cū magna pecunia. 40

Labr. Gratiam habeo, & de talento nulla caussa est, quin feras,
Quod isti sum juratus. *Grip.* heus tu! mihi dato ergo, si sapis.

Dæ. Tacen' an non? *Grip.* tu meam rem simulas agere; tibi mu **.
Non hercle istoc me intervortes, si aliam prædam perdidi.

Dæ. Vapulabis, verbum si addes istuc unum. *Grip.* vel hercle enica, 45
Non tacebo umquam alio pacto, nisi talento comprimor.

Labr. Tibi operam hic quidem dat; taceto. *Dæm.* concede hoc tu leno. *Labr.* licet.

Grip. Palam age, nolo murmur ullū neque susurrū fieri.

Dæ. Dic mihi, quanti illam emisti tuam alteram mulierculam
Ampeliscam? *Labr.* mille nummos denumeravi. *Dæm.* vin tibi 50
Conditionem luculentam ferre me? *Labr.* sane volo.

Dæ. Dividuum talentum faciam. *Labr.* bene facias. *Dæm.* pro illa altera,
Libera ut sit, dimidiū tibi sume, dimidiū huic cedo.

Labr. Maxume. *Dæm.* pro illo dimidio ego Gripum emittam manu,
Quem propter tu vidulum, & ego natam inveni. *Labr.* bene facis: 55
Gratiam habeo magnam. *Grip.* quam mox mihi argentum ergo redditur?

Dæ. Res soluta est, Gripe. ego habeo. *Grip.* hercle, at ego me mavolo.

Dæ. Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres. jurisjurādi volo
Gratiam facias. *Grip.* perii hercle: nisi me suspendo, occidi.

A te la riserbai con gran contante.
Labr. *Ti ringrazio, e non v'è quanto al talento*
Ragion, per cui non l'abbi, e che promisi
Con giuramento a lui. Grip. *Sborsalo adunque*
Se intendi il tuo dover. Dem. *Non tacerai?*
Grip. *Tu fingi d'adoperarti a mio vantaggio,*
Mentre al solo tuo ben intento sei.
No: se perduta ho l'altra preda, questo
A me per Dio non rapirai. Dem. *Se aggiungi*
Un detto sol, mira, la sferza è pronta.
Grip. *Sebben m'uccida non fia mai, che taccia,*
Se col talento non ne sono astretto.
Labr. *Questi s'adopra a tuo vantaggio: taci.*
Dem. *Dammi o Mezzan questo talento.* Labr. *Prendi.*
Grip. *Palesa i sensi tuoi: non vuo' secreti.*
Dem. *Dimmi a qual prezzo tu comprasti l'altra*
Donna, Ampelisca? Labr. *Val mille sesterzj.*
Dem. *Vuoi ch'io proponga un ottimo partito?*
Labr. *Ben volentier.* Dem. *Dividerò il talento.*
Labr. *Approvo.* Dem. *Prendi la metà per quella*
Acciò libera sia; accordo a questo
La sua metà. Labr. *Si volentier.* Dem. *Per quella*
Metà darò la libertade a Gripo,
Per cui tu la valigia, ed io la figlia
Ho ritrovato. Labr. *Ti ringrazio assai.*
Grip. *Dunque sì presto a me si dà l'argento?*
Dem. *Sciolto è l'intrico o Gripo: io lo ritengo.*
Grip. *Ma certo io lo vorrei.* Dem. *Per te v'è niente.*
Non lo sperar; innoltre vuò, che assolva
Altrui dal giuramento. Grip. *Affè son morto*
Se non mi appicco; un'altra volta al certo
In avvenire non più mi froderai.
Dem. *Qui cena oggi o Mezzano.* Labr. *E' buon partito.*

Numquam hercle iterum defraudabis me quidem post hunc diem. 60

Dæ. Hic hodie cœnato, leno. *Labr.* fiat. conditio placet.

Dæ. Sequimini intro. spectatores, vos quoque ad cœnam vocem,

Ni daturus nihil sim, neque sit quidquam polluꝺti domi,

Neve adeo vocatos credam vos esse ad cœnam foras.

Verum si voletis plausum Fabulæ huic clarum dare, 65

Comissatum omnes venitote ad me ad annos sedecim.

Vos hic hodie cœnatote ambo. *Labr.* fiat, *Dæm.* plausum date.

FINIS RUDENTIS.

Dem. *Dentro meco venite. O ſpettatori*
Voi pure a cena inviterei, ſe aveſſi
Rari cibi da offrirvi in lauta menſa,
E ſe non vi credeſſi altrove a cena
Miglior atteſi; pure ſe vi piace
Di ſar non dubbio alla Commedia applauſo
A ſollazzarvi tutti voi venite,
Che non varcate il ſediceſim' anno.
In queſto dì, voi qui cenate entrambi.
Labr. *Facciaſi pur così.* Dem. *Voi fate applauſo.*

FINE DELLA FUNE.

ANNOTATIONES
IN RUDENTEM.

Act. 2. sc. 3. vers. 43. *Aedilis est: si qua improbae sunt merces, jactat omnes.* Nundinae suum habebant Praefectum, quem Aedilem Romani appellabant. Erat hic rebus venalibus praepositus, ab hoc *edicta aedilitia* nuncupata manabant, quibus justo pretio annonam vendi jubebat. Mensuras, ut aequae essent, prospiciebat, & quas iniquas deprehendisset, frangebat; merces quoque improbas & corruptas projici mandabat.

Vers. 46. *Capillum promittam .... occipiumque arioları.* Philosophi, & qui facili negotio sapientiores apparere cupiebant promissos capillos, rude pallium, barbamque gerere solebant. V. Gell. lib. 9. cap. 2. Fanaticorum etiam hic mos erat; & arioli, somniorum interpretes, & id genus homines promissa barba, & prolixo capillo se vulgo ostentabant, ut essent populo admirabiliores; hinc etiam Apollonius Tyanaeus magnus praestigiator, comatus fuit teste Philostrato. Plutarcus *in Numa* commemorat Numam Pompilium a Jove impetrasse ut hominis capilli ad fascinationem prodessent.

Sc. 5. vers. 21. *Nam hac litterata 'st: ab se cantat cuja sit.* Idest litteris inscripta, sive potius Veneris imagine insignita erat sacra urna, unde sacrificiis inservire significaretur. Id in omnibus sacrorum vasis observari solitum, ad Plinium ex Athaeneo notat Hermol. Barbarus. Apul. quoque lib. 6. *lacinias auro litteratas* fingit Psychen in Junonis fano vidisse, id est litteris aureis inscriptas.

Sc. 6. vers. 24. *Sceleſtiorem coenam coenavi tuam, quam quae Thyestae &c.* Fabula nota est, qua Atraeus Thyestae fratri suos liberos epulandos apposuisse narratur. De Tereo, cui Progne uxor communem filium Itym comedendum objecit, vide Ovid. Metam. lib. 6. fab. 7. & seqq.

Vers. 41. *Equidem me ad velitationem exerceo.* Velitatio erat primus levisque pugnae congressus. Velites nempe levioris armaturae milites, conflictum eminus auspicabantur, fundis nimirum, jaculisque hostem ciebant, detinebantque, donec a gravis armaturae bellatoribus Mars legitimus & ferocior accenderetur. Hinc *velitari* ad verba interdum transfertur, pro *jurgari*. *Velitatio*, inquit Festus, *est ultro citroque probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnae.* Gell. lib. 6. c. 11. *Cum inquinatissimis hominibus non est convicio decertandum, neque in maledictis adversum impudentes & improbos velitandum.*

Vers. 45. *Ne thermopolium quidem ullum instruit: Ita salsam praebet potionem & frigidam.* Thermopolium vocabatur taberna ubi non tantum aqua calida (quae non in usu solum antiquitus, sed, quod miremur, in deliciis fuit) vendebatur, sed alias quoque potiones dulces, atque calidas in *thermopoliis* vendi solitas fuisse manifeste videtur indicare idem Plaut. in Pseud. act. 2. sc. 4. v. 50.

PS. *Quid si opus siet, ut dulce promat indidem, ecquid habet?*
CH. *Rogas?*
Murrhinam, passum, defrutum, melinam, mel quojusmodi.
Quin in corde instruere quondam coepit thermopolium.

Vers. 49. *Utinam fortuna nunc anatina uterer.* Jocus Plautinus, non Deae cognomen, quod ab anate ave desumptum est, quae aqua non madefacta exit. Sunt qui *antiatina* scribunt, ad fortes a-

tiatinas referentes, quæ, ut scribit ad hunc locum Jo. Baptista Pius, supernatabant undis in templo Fortunæ. Duæ Antii colebantur Fortunæ, altera scilicet *Reducis* nomine; altera *Antiatina*. Utramque in nummo pictam vulgavit, & explicavit Fulv. Ursinus, *in Famil. Rom.* præcipue ex Macrobio *in Saturnal.* lib. 1. Earum monumentum marmoreum visitur etiam num Antii, ut scribit Gruterus *pag.* 72.

FORTVNIS ANTIATIBVS
M. ANTONIVS RVFVS AXIVS
DAMASCO S. D. D.

Apud Antium Fortunæ templum erat famosissimum multorum etiam principum donis ornatum. Antiatinam Fortunam alloquitur Oratius Od. 21. l. 1.

O Diva, gratum quæ regis Antium.

Vid. Acron. ad hunc locum. Et de fortibus Antiatinis meminit Tranquillus in Caligula. *Monuerunt & sortes Antiatinæ, ut a Cassio caveret.*

Vers. 51 *Quid, si aliquò ad ludos me pro manduco locem?* Manducus erat larva, quæ in ludis ac præsertim Atellanis circumferebatur; a *mandendo* manducus dicebatur, propterea quod terriculamentis hujusmodi magnos dentes, ac voracitatem tribuebant. Erat enim *Manducus* larvato capite humano, maxillas vasta magnitudine, vastisque armatas dentibus habens, qui oris hiatu, dentiumque crepitu sese in utramque partem viæ dum flecteret, ridentem turbam vertebat in fugam. Hæc ex Festo. Huc facit illud Juven. sat. 3. v. 175.

. . . . cum personæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans. Varro lib. 6. de LL.

In atellanis obsonium vocant manducum. Sed pro *obsonium* fortasse legendum *personam*.

Sc. 7. vers. 22. *Ciccum non interduim.* Hyperbole proverbialis, idem sonans ac si dicas: nihil mea refert. *Ciccum*, inquit Varro lib. 6. de LL., *dicebant membranam tenuem, quæ est in malo punico cellularum discrimen.* Loquutiones hujusmodi latinis familiares, præsertim Plauto erant, ut *Nauci non facio*, *Pili non facio* & his similia, de quibus vide Erasmum in adagiis.

Act. 3. sc. 2. vers. 19. *Magudarim.* Magudaris aliis est Laserpitii radix, aliis caules, aliis succus. Plin. lib. 19. cap. 3. *Inciso tubere, profluere solitum succum, ceu lactis, superenate caule, quem magydarim vocarunt.* Priscian. lib. 7. *Magudaris significat frugis, idest cauli genus, qui nascitur ex ea parte cujus radix silphii avellitur; vel ut alii volunt, siliginem.*

Sc. 3. vers. 42. *Te ex concha natam esse autumans: cave tu harum conchas spernas.* Venus non ex concha nata est, sed cum ex mari nata esset, concha in Cyprum delata fuit. Hac forte causa conchæ Veneri sacræ erant; & apud Cnidorum Venerem colebantur, ut scribit Plin. lib. 9. cap. 25. Hoc loco obscœnum sensum *conchæ* nomen habere videtur, & τὸν χοῖρον significare.

Sc. 4. vers. 16. *Ego te follem pugilatorium faciam &c.* Idest ego te tractabo ut *follem*, quem pugiles pendentem & suspensum pugnis petunt & insectantur. *Follis* enim erat pila magna ex aluta confecta, soloque vento repleta. Martial. lib. 4. ep. 19. *plumea* dixit *pondera follis* non quod pluma repleretur, sed ob *follis* levitatem, cujus gratia neque pueri, neque senes alioqui imbecilles inter ludendum vel minimum quid defatigabantur. Idem Martial. lib. 14. ep. 47.

Ite procul juvenes, mitis mihi convenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle senes.

Vers. 19. *Ita est lex apud nos.* Aræ tutum erant asylum Græcis &

Latinis; & qui ad deorum aras aut loca religiosa confugissent in jus vocari, trahi, aut rapi non poterant. Cic. pro dom. *Hic aræ sunt, hic foci, hic dii penates, hic sacræ religionis cærimoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas sit*.

Vers. 64. *Nam, hercle, ego te barba continuo arripiam*. Antiquos omnes barbam nutriisse hinc conjectura est, quod antiquiorem Baccum κατακώγωνα appellatum fuisse scribit Diodorus lib. 4. ideo intonsi vocabantur. Ovid. lib. 2. Fast.

Hoc apud intonsos nomen habebat avos.

Juvenal. satyr. 16.

Et credam dignum barba, dignumque capillis
Majorum...

Non enim ante annum 354 ab Urbe condita tonsores in Italiam venerant, & Romani usque ad ea tempora intonsi fuerunt. Tales volebat esse christianos Clemens Alexandrinus lib. 3. Pedag. cap. 3. dum ait: *nefas esse barbam capillumque vellere, quæ est pulchritudo congenita & ingenita*. Judæis certe barbam radere non licebat. Legitur enim Levit. 19. *Non radetis barbam;* & rursus: *non attondetis comam in rotundum neque barbam radetis*. In signum tamen tristitiæ licitum Judæis erat barbam radere. Sic apud Hier. 41 vastata Hierusalem a Chaldæis venerunt octoginta viri, rasa barba, scissisque vestibus squalentes; & cap. 28 de vastatione Moabitarum dicit: *Omne enim caput calvitium, & omnis barba rasa erit, & super omne dorsum cilicium*: unde ad significandum luctum Hierusalem conterendæ dixit Dominus Ezechiel 5. *Sume tibi gladium acutum, & duces per caput tuum & barbam*. Contrarium morem fuisse Romanis constat: cum enim triste aliquid accidisset promissa barba, sordidoque capillo, & demisso prodire solebant. *Sordidati* inquit Cic. Ver. 2. *maxima barba & capillo Romæ biennium prope fuerunt*. Quod a Caligula factum fuisse, audita Drusillæ morte, refert Sveton. cap. 24. n. 6.

Sc. 5. vers. 42. *Jam hoc Herculis est, Veneris fanum quod fuit*. Hoc ideo dicit Labrax, quia Senex duos servos cum clavis astare jusserat: qui quasi essent duæ statuæ, clavas, in modum Herculis gerebant.

Act. 4. sc. 2. vers. 24. *Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber*. Juxta manumissionis causa etiam erat, si servi, quod pacti essent cum dominis pretium pro libertate, iis solvissent: quod sæpius apud Romanos fiebat. Ut plurimum parce vivendo, peculium, quod dominis pro libertate traderent, sibi comparabant servi. Cum enim acciperent singulis mensibus a dominis frumentum (quinque modios fuisse, testis est Donat. in Terent. Phorm. act. 1. sc. 1.), panem, potum ac vestes, ac denique quidquid ad sustentandam vitam pertinet, ut luculenter Columel. de R. R. lib. 1. cap. 8. scribit, harum rerum partem, ventre fraudato, vendebant servi, sicque paullatim pactum pretium congerebant. Seneca ep. 80. *Peculium suum quod comparaverunt* (servi) *ventre fraudato pro capite numerant*.

Sc. 3. v. 67. *Elleborosus sum*. Antiquitus plurimus erat ellebori usus ad levanda mentis & capitis vitia. Plinius lib. 25. c. 5. nat. hist. & Dioscorides lib. 4. duo ellebori genera recensent, candidum scilicet, & nigrum. Candido vomitiones cientur, nigro alvus inferior diluitur. Utriusque periculosa sumptio, sed albi, ut præstantior, ita periculosior. Plerique tamen studiorum gratia sumtitabant. Nominatim Carneades Academicus scripturus adversus Stoici Zenonis libros candido elleboro

superiora corporis purgare solitus legitur, nequid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia usque animi redundaret, & instantiam vigoremque mentis labefaceret. Nigri vero religiosum etiam usum fuisse testatur Plinius: siquidem hoc & domos suffiebant purgabantque, aspergentes & sese & pecora. Solemni cum precatione colligebatur & superstitiosius, ut meminit etiam Theophrastus. Primum enim gladio circumscribebatur, deinde qui scissurus erat, exortum solis spectabat, precabaturque ut id sibi liceret, diis concedentibus, facere. Observabat & aquilæ volatum, quæ si propius advolasset, moriturum eo anno qui succiderat, augurium erat. Ex Plinio aliisque colligere licet utrumque genus cum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum adversus melancholiam remedium efficax habere. Unde Demostenes Æschinem in actione monet, ut sese purget elleboro; & Lucianus in dialogo Menippi ac Tantali scribit: *Desipis Tantale, &, ut vere dicam, elleboro poto tibi est opus*; & apud eundem lib. 2. verar. narrat. Rhadamanthus ita pronunciat: ut Aiax traditum ab Hippocrate elleborum bibat, alludens ad ejus insaniam.

Vers. 75. *Si tu proreta*. Proreta est qui in prora & ventos aucupatur & captat, & eorum conversiones dicit in flectendis promontoriis gubernatori, quique rupes scopulosque, ne navis eis impingatur, prospicit & explorat.

Vers. 81. *Et horia*. Horia est navicula piscatoria, ut docet Nonius & Fulgentius, qui tamen *Oriam* sine aspiratione scribit: *Oriam*, inquit, *dicunt naviculam modicam piscatoriam*. V. Gell. lib. 10. c. 25., & Plaut. supra act. 4. sc. 2. v. 5. *Horiola* diminutivum est *horiæ*. Plaut. Trin. act. 4. sc. 2. v. 100. *Imo horiola advecti sumus*.

Vers. 98. *Præda hæc perpetua est mea*. Pleonasmus. Sic in Mostell. act. 1. sc. 2. v. 67.

.... non videor mihi
Sarcire posse ædis meas, quin totæ
Perpetuæ ruant.

Sc. 4. vers. 42. *Et crepundia*. Crepundia erant monumenta, quæ pueris expositis apponebantur, ut ex iis aliquando possent dignosci. Plaut. Cistel. act. 3. vers. 5.

Nam hic crepundia insunt, quibus te illa olim ad me detulit:
Quæ mihi dedit, parentes te ut cognoscant facilius.

Variæ erant crepundiorum species. Longus Pastoral. lib. 1. *Et huic crepundia expositi monumenta addita: videlicet mitra auro distincta, calcei inaurati, nec non periscelides aureæ*. Annulum etiam nominat Terent. Heaut act. 4. sc. 1. v. 37. Vide inferius v. 112. & seqq.

Vers. 125. *Sucula*. Grip. *quin tu i directa cum sucula & cum porculis*. Suculam in torculari velut scrophæ similitudine vocatam censet Turnebus. Ut enim scropha vel sucula porculos habet, ut Plautus ait: eodem etiam modo suum hæc machina porculum habebat. Cato cap. 19. *Porculum in media sucula facito*. Atque hinc Plauti eruenda est sententia.

Vers. 127. *Bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die*. Bullæ erat ornamentum regalium puerorum vel equorum, ut scribit Papias; aurea ingenuis infantibus in collo solebat suspendi, libertinis scortea. V. vet. Scoliast. Juven. sat. 5. vers. 165. Intus fuit cava, atque adeo & claudi & aperiri potuit. Ornamenti hujus usus fuit antiquissimus, & apud Ægyptios quoque notus. V. Diodor. Sicul. l. 1. Accipiebant bullam pueri natali die, eamque gestabant usque ad annum decimum quintum, quam posmodum Laribus suspendebant. Persius sat. 5. vers. 31.

Cum primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis laribus donata pependit.

Sc. 6. verſ. 2. *Adorna, ut rem divinam faciam ... laribus familiaribus.* Lares familiares dei domeſtici erant, & privatorum domibus præeſſe credebantur. Cic. pro Quinct. *Domino a familia ſua manus illatas eſſe ante ſuos Lares familiares.* Rem divinam Laribus faciebant, illiſque ſupplicabant thure & vino, & coronas imponebant. Ipſe *Lar* apud Plaut. in prol. Aulul.

... ea mihi quotidie
Aut thure, aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat:
Dat mihi coronas.

Verſ. 15. *Ut me emittat manu.* ideſt ut me a ſervitute liberet: qui enim libertati reſtituebantur, a domino *e manu mittebantur.* Feſtus: *manu mitti ſervus dicebatur, cum dominus ejus, aut caput ejuſdem ſervi, aut aliud membrum tenens dicebat: hunc hominem liberum eſſe volo; & emittebat eum e manu.* Mittebatur autem e manu ad indicandum eum jam *jugo laxatum herili*, ut utar verbis Claudiani, & poteſtati domini exemptum: vox enim *manus* ſæpius pro poteſtate uſurpatur a J. C.

Sc. 7. verſ. 10. *Tranſenna.* Hæc vox *tranſenna*, præter alias notiones, ſignificat etiam rete ex funiculis factum ad ſtruendas avibus inſidias. Idem Plaut. Bacch. act. 4. ſc. 6. v. 22.

Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit:
Pendebit hodie pulcre, ita intendi tenus.

Ideſt: per tranſennam hic turdus procedit ad capiendum lumbricum, ſed irretitus pendebit. Tranſlate vero hoc loco ponitur pro inſidia, dolo, fallacia.

Sc. 8. verſ. 15. *Delectum.* Conſules conſcripturi milites *delectum* habere dicebantur. Liv. lib. 3. *Conſules poſitis ſellis delectum habebant.* Romani omnes militaris ætatis, die edicto ſiſtere ſe ante Conſules debebant; ibi citabantur nominatim, & ſingillatim; ac militiæ nomen dabant.

Act. 5. ſc. 1. verſ. 2. *Recuperatores.* Recuperatores judices erant, qui a Prætore in privatis controverſiis quacumque de cauſa ageretur, dabantur; ita dicti quod per eos ſuum quiſque jus recuperare poſſet. Nunc *judices delegati* vocantur.

Sc. 2. verſ. 7. *Cubitum hercle longis litteris ſignabo.* Homines pauperculi in re tali compendium præconis facere ſolebant, ut Gelaſimus in Sticho. Opulentiores vero præconem conducebant e publico, palamque per eos, ſi quid vellent, prædicari jubebant. Qui mos in hunc uſque diem nobis quaſi per manus traditus obſervatur, ut & ille alter, quo libellos indices ſive tabulas papyrinas, longis, decumanis ac capitalibus litteris ſcriptas baſilicarum vel templorum valvis, piliſque ac portis proponimus. Sunt autem *longæ litteræ* pro *in longum formatis productiſque* accipiendæ. De *longis* item *litteris* & quidem cubitali modo etiam Pœnul. act. 4. ſc. 2.

Ibi tu videas litteratas fictiles epiſtolas,
Pice ſignatas: nomina inſunt cubitum longis litteris.

FINIS.